

canas, non oportuit solvi a vinculo isto die Sabbati?

Opificia & labores hebdomadales murem & fetorem laborantibus aspergunt: ita opifices una die in hebdomade liti- via, & lotiones pro se parant: si hoc pro corporibus, quanto magis opus est pro- anima, quæ ex negotiis & conversatione quotidiana maculatur, & foedatur &c.

54. Non in bonoventur servilli labore.

Judæi accuratissimæ observabant Sab- batum. Non præparabant cibos, non col- ligebant Manna, non humi levabant li- gnum; fuit enim aliquis lapidatus, qui li- gna portare visus est. Non ramum decer- pant de arbore, non excitabant focum, non emebant aut vendebant &c. D. 3. 49.

Cervi fiticrua nimis ponderosa illis ex- crescant, ea ad lapidem confringunt, ut tanto expeditius sine his impedimentis cur- rere valeant, sic vult Ecclesia ut in die Festo pondus secularium negotiorum ex- cutiamus, ut tanto velocius ad Deum cur- ramus. Non vult Deus otium, sed fan- ctam quietem, qualis est quies arcus, qui ideo tantum remittitur, ut faciendis fa- gittis tanto fit aptior &c. Seg. Hom. Chr. p. 1. dif. 11. n. 13.

Deus præcepit Judæis, ut 7. anno, id est, anno Sabbatico non fererent, nec meteterent. Hoc super mandato sollicitè- rant Judæi, dicentes, quid illo anno co- medemus? & Deus promisit illis, quod benedictionem suam dare, & anno sexto iam uberem messem illis largiri velit, quæ tribus mensibus æquivaleret. Si hoc Judæis Deus promisit, etiam Christianis, si sua lucra non querant violando festa, suam benedictionem dabit. C. Lev. 25. v. 20. 21.

Homo deprehensus die Sabbati colligere ligna, a toto populo fuit lapidatus. Nehe- mias videns homines torcularia calcantes, & onera portantes in Sabbato, objurgavit eos.

55. Sunt sancte honoranda.

Dies Dominica ex singularibus præro- gativis sibi honorem vindicat: nam, 1. Dominica erat prima die creationis. 2. Hac die Hebræi sicco pede transerunt mare. 3. Pluit Manna. 4. Christus na- tus fuit. 5. Baptizatus in Jordane. 6. Primum miraculum fecit. 7. A tribus Ma- gis adoratus est. 8. Quinque panibus po- pulum pavit. 9. A mortuis surrexit. 10. Apostolus potestatem dedit evangelizan- di. 11. Dominica vidit Jo: Apocalypsin. 12. Dominica erit universalis resurrectio.

Ideo honore singulari digna est hæc die: Constantinus Magnus eam adeo honorari voluit, ut etiam ethnicis militi- bus formam orandi præscripserit, quam persolvere debebant interim, dum Chri- stiani erant in Ecclesia. D. 4. 95.

Deus benedixit diei Sabbati, & sancti- ficavit illum; quia in illo cessavit ab om- ni opere suo. Sic sanctificanda sunt Dom- in. & Festivæ dies, substituta Sabbato.

Die Sabbati offerantur duo agni, die- bus aliis tantum unus, ad designandum, quod in Festis abundantius Deum hono- rare debeamus.

In omni genere, & specie datur ali- quid excellens: inter uniones adamas, in- ter ligna cedrus, inter metalla aurum, inter volucres aquila, inter animantia leo, inter homines Princeps &c. Sic Deus vo- luit Dominicam eminere inter tempora.

Sabbato post creationem mundi quærit Deus ab opere mundi creati: Sabbato post redemptionem mundi quærit Deus in sep- pulcro a sua passione, ut doceret, septi- ma die seu Dominica hominem quies- cere debere, & considerare opera Dei, quæ in creatione, & in redemptione fa- luti hominum impendit &c.

S P E S.

56. Collocanda in solo Deo, non in humanis Viribus.

Israelæi contra tribum Benjamin ex- jussu Dei pugnantes bis vincuntur. Quare? Sacer textus rationem innuit: *Fortitudine & numero confidentes*. Ideo per- misit eos Deus vinci, ut humiliarentur, ait Lyranus. B. Ser. 26. n. 34.

Multi circa victum & vestitum confi- dunt in suis Viribus: melius spes omnis collocatur in Deo. B. Ser. 53. n. 2. 3.

Muri Jericho non defenderunt Jeri- chuntinos, & textura aranea defendit Da- videm: ut indicetur majorem esse tute- lam Dei, quam omnis cautela humana. B. Ser. 74. n. 27.

Petrus bis super aquas ambulat, vesti- tus, & nudus: ut nudus mergitur: mi- rum! potius debuisset evenire contrari- um, quia vestes gravant. Nempe eo mi- nus fecuri sumus, quo magis nos securos reddere volumus. S. pun. 28. f. 125.

Quando Gedeon vicit? Respondeo tunc cum maximam partem exercitus dimisit. S. lb. Asa mortuus est, quia in agritu- dine spem in medicos posuit. Princeps Synagoga petens vitam filiz in solo Deo condit. S. pun. 29. f. 127.

Sunt

Pro. 11. Sunt qui spem collocant in divitiis, sed qui confidit in divitiis, corrumpet. Mundus & homo decipit, solus Deus servat fidem perpetuo, qui custodit veritatem in sa- culum. Ait Campensis. S. pun. 29. f. 128.

In Belgio Vir insignis moriturus im- plorat auxilium uxoris, filiorum, filia- rum & domesticorum omnium, cumque ab omnibus audiret, se opem ferre non posse, exultans subintulit: O quanto fa- tius Deo servivissem! T. n. 102.

Paulus Apostolus monet Timotheum, ut præcipiat divitibus, non sublimè sapere, nec sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivente.

57. Non abjicienda a peccatore quan- tumvis magno.

Deus peccatorem querit, & amat, et- iam dum in peccato est: ergo sicut inimi- ci esumus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc justificati salvi eri- mus, ait S. Paulus.

2. Si perdere vellet, non dedisset spa- tium penitentia: Si Dominus vellet nos occidere, de manibus nostris holocaustum non suscepisset, ajebat Mater Samsonis: ita etiam non dedisset hanc Sacramen- torum famem. S. purd. 24. fol. 98.

3. Animant nos alii peccatores rece- dere, uti Iatro, Magdalena, filius prodig- us: de hoc ultimo ait Chrysologus, utat perdidit quod filii est, Deus quod Pa- tris est non amisit. S. pun. 26. f. 116. Vi- de Tit. Misericordia Dei.

4. Etiam si peccator sentiat flagella Dei punientis, non cadat animo, experietur auxilium ab ipso Deo, qui nunc casti- gat. Quis unquam miserior, quam Job? orbatus filiis, derisus ab amicis, spolia- rebus omnibus; & tamen dixit: *Etiam si occiderit me, in ipsum sperabo!*

Abbas Isidorus apud Sophronium ait: *Demonum opus est, cum animam in pecca- tum desererit, in desperationem precipi- tent. At penitens e contra clamabit: Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Do- mini &c.* C. Ofæ 2. v. 15.

Admirabile est estatum Ven. Ludovici Blossi: fasciculus stupparum in ingen- tem ignem missus, non ita repente in- cenditur, quam repente Deus peccatis no- stris propter ineffabilem misericordiam suam ignoscit, dum vere nos penitet vi- re male actæ. Lud. Blof. p. 4. 6. 2.

Sept. in 1<sup>o</sup>ato Sp. n. 110.

58. Aeternorum facilitat omnem laborem.

S. Arsenius moriturus rogabatur, ut do- cumentum aliquod relinqueret: reliquit duo verba: *Ibi, ubi*. Non intelligentibus explicavit: *Ibi nostra fixa sint corda, ubi, vera sunt gaudia*. B. Ser. 62. n. 36.

Spes maxime solatur in articulo mortis, ideo ibi maxime eligenda. B. Ser. 62. n. 37. Tobias inter irrisivos, & persecutiones in cælum suspiciens ajebat: *Expectamus vitam illam, quam Deus daturus est con- fidentibus in se.*

Pisces qui pinulas habent, numeran- tur inter animalia munda, quæ comedi, & ad altare offerri poterant. Quare? quia nonnunquam saltant super aquas ver- sus cælum, Ita Christianus inter aquas curarum secularium innatus nonnun- quam versus cælum exiliter, & lenimen experietur. C. Lev. 11. v. 9.

Unus ex septem illis fratribus, iussu tyranni linguam statim protulit, & manus extendi, inquit: *Es cælo ista pos- sideo, ibi amputata iterum recipiam.*

Spes animat colonos ad laborem, & milites ad pugnam, & victoriam. Alex- Magnus ad prælium iturus, & regias opes omnes distribuens, quatuor a Perdicca: *Quid tibi nunc superest Rex?* respondit: *Spes!* sic a Deo speranda sunt æterna! *Spes in æternitatem animam erigit, & in- circo nulla mala exterior, que tolerat, sentit,* ait S. Greg. C. Habac. 2. v. 4.

59. Concipitur ex promissionibus Dei.

Frequens est illud in Script. *Ut adim- pteretur Scriptura &c.* sic jamjam animam agens Christus in cruce, ut consummare- tur Scriptura, dixit: *Sitio*: Antequam ani- mam efflaret adhuc quatuor Scriptu- ram percurrens, dum adhuc deesse vidit parum acetii, exclamavit, *sitio*. Quid igitur tu distidis in tuis necessitatibus: *Jo- ta unum, aut unius apex non præteribit &c.* S. pun. 22. f. 91.

Spes ejus in Domino Deo ipsius: Non in principibus, & humanis auxiliis: Ubi Campensis: Felix cuius sita est omnis spes in Deo suo, qui & fidem servat perse- tuo, & custodit veritatem in seculum. S. pun. 29. f. 128.

Quamvis Deus non statim in auxilium venit, non tamen abjicienda est spes, & longanimitas. Abrahamo promisit Deus pro multiplicanda sua gente numerosam sobo-

Tob. 7.

2. Mac. 7.

Gen. 15.



*ce tenebrae* &c. P. part. 1. disc. 4. nu. 18.  
 Mater impia filiam Nobili ad turpem  
 usum tradit, a quo dotem sperabat.  
 Filia dein sine dote familiari nupta, ex  
 turpi quaestu adeo nihil collegit, ut cum  
 octo liberis pauperie vivens, demum  
 misere mortua sit. J. 36.

64. *Confortat Martyres contra tyrannos.*

Cum Imp. Valentinianus, & ejus Ma-  
 ter Justina templum Catholicorum Aria-  
 num dare vellent, restitit illis S. Ambro-  
 sius inquit: *Si Imperator a me petas,  
 quod meum est, non recusabo... sed pro  
 altariis vobis maxime prebebo!* Irruit in  
 eum Calligonus stricto ferro mortem mi-  
 nitans, cui Ambrosius *Deus permittit tibi,  
 ut impleas, que minaris!* Ego faciam,  
 quod Episcopi, tu facis, quod padones.

Mathathias commemorans fortia Pa-  
 trum Deo Duce facta, hortatur suos, ut  
 resistent Antiocho, qui volebat Judaeos  
 tradere ad gentilissimum. S. Theodo-  
 rus Martyr contemnit minas carnificum,  
 addens: Qui verbis his offenditur, lin-  
 guam mihi eruat. Talis fuit S. Basil.  
 contra Imp. Valentem! Talis S. Lucia ad mi-  
 nas Paphlagi intrepida. C. Jer. 1. v. 18.

S. Ephrem de S. Martyribus ait: Sic  
 S. Martyres toto se corde tradiderunt Deo,  
 ut tyrannorum insidias contemnerent. E-  
 xempla hujus generositatis dederunt S. Qui-  
 rinus, S. Sabina, S. Hesperia, S. Silveri-  
 us, S. Genesius, S. Euseb. S. Achatius, &  
 alii Sancti Martyres, qui tyrannos pro-  
 vocauerunt, & ad tormenta anhelauerunt.  
 C. in Sap. 3. vers. 5.

Cur S. Martyres in tormentis ludere  
 visunt, cur in rogo carbonibus arden-  
 tibus se coronant, cur in craticulis  
 candentibus jocati dixerunt? Versa &  
 manduca! cur membris abscessis cum la-  
 titia vale dixerunt? Nempe quia spe cer-  
 tificati fuerunt, quod haec omnia cum  
 immenso fenore in aeternitate recepturi  
 essent! O Beata Spes!

65. *Tranquillat pusillanimitatem animi.*

*Scio cui credidi, & certus sum, quia  
 potens est servare depositum meum in illam  
 diem.* Saepe homo oppugnatur tentationi-  
 bus dissidentia, putat, frustra esse, quid-  
 quid faciat, quia nihilominus sit dam-  
 nandus. Contra has tentationes servit hec  
 gnome Apostoli. Si genium Domini tui  
 nosti, non patris te ab illo averti, et-

2. Tim.

si non desint, qui fidem illius tibi faci-  
 ent suspectam: scio cui credidi, & cum  
 tentationibus porro non altercare: illis  
 tibi dicent, actum esse, te non perseve-  
 ranturam, non habituram gratiam fina-  
 lem, deserendum esse, prout multi de-  
 ferunt: tu repete, scio, cui credidi:  
 hac fiducia & fides majorem tibi praes-  
 tant securitatem, quam omnes revela-  
 tiones, quas hac de re habere potes: re-  
 velationes sunt illusori obnoxiae, non  
 autem fides &c. Seg. Man. 10. Aug. n. 1. 2.

Tobiam irridebant domestici dicentes:  
 Ubi est spes tua, pro quo elemosinas  
 fecisti: ille autem increpabat eos, in-  
 quiens. Vitam illam expectamus, quam  
 Deus daturus est confidentibus in se:

Tab. 2.

Appianus ait: *Nihil est efficacius spe ad  
 sublevandum hominum lassitudinem.* Et Ci-  
 cero: *Sola spes hominem in miseris con-  
 solari solet.* Denique Seneca: *Spes est utili-  
 mum rerum adversarum solatium.* C. in  
 Habac. 2. v. 4.

Apian.  
 l. 5. de  
 belli. ci-  
 vilis. Cic.  
 in Cassi.

S. Laurent. Justin. ait: *Spes est quasi co-  
 lonna, que totum spirituale edificium sus-  
 tentat. Est anchora anime servans a pe-  
 riculis tentationum.* C. lb. v. 4. ad finem.

Si Princeps terrenus homini ad in-  
 quia forte damnificato promitteret: Esto  
 bono animo! ego omnia, que perdidisti,  
 duplo, & triplo tibi compensabo! nonne  
 damnificatus excussa omni tristitia leta-  
 retur, & exultaret? Sic Deus per virtu-  
 tem spei consolatur afflictum &c.

Oratio.

66. *Ejus efficacia impeditur a peccato & peccatore.*

Multum valet deprecatio justii affi-  
 dua. Cur ergo calamitates ex orbe  
 non excluduntur? Chrysostr. ait: *Quoniam  
 invaluit malitia.* Hinc Moyses oraturus  
 a Pharaone recessit, ait Procopius, quia  
 si apud ipsum permanisset non fuisset  
 exauditus. B. ser. 38. n. 17. 18. fer. 74. 8. 5.

In primitiva Ecclesia fideles orantur  
 abesse jubebant infideles haereticos & pec-  
 catores, ne sua praesentia orationis effi-  
 caciae obicem ponerent. D. cent. 12. c. 1.  
 E contra innocentes & infantes ad oran-  
 dum convocabant; quia sua innocentia  
 Deum slectunt ad misericordiam: Petrus  
 non lingua, sed oculis rogavit veniam,  
 quia oculi erant innocentes, lingua au-  
 tem nocens. B. serm. 63. n. 23.

S. Aug.  
 in Psal.  
 45.

S. Augustinus ait: *Quidam in novitia-  
 tu conversionis ferventer orant, postea lan-  
 guide,*

guis; postea frigide, postea negligenter;  
 Vigilat hostis, & dormis tu? C. in Exod.  
 30. v. 1.

Orandum est, purgata a peccatis &  
 passionibus anima, ait quidam Afceta;  
 nam sicut in aqua turbida nihil conspi-  
 citur, ita anima turbata videre nequit  
 Deum. C. in Ex. 30. v. 1.

Cum orationes offeruntur pro alio, il-  
 le alius debet cooperari, nec ex parte lui  
 obicem ponere. Anachoreta oravit pro  
 Discipulo graviter tentato in materia tur-  
 pi. Non fuit exauditus. Rationem ro-  
 gans a Deo, responsum tulit, discipulum  
 non esse dignum; quia sua ignavia fo-  
 veret tentationes. C. in Jo. c. 16. v. 23.

Oratio debet esse coniuncta cum mortifi-  
 catione, sine hac est insulsa & insipida,  
 consequenter inefficax. C. in Cant. 4. v. 6.

67. *Est necessaria ad salutem corporis & animae.*

S. David laudat Deum: *Benedixit Deus,  
 qui me movet orationem, & misericor-  
 diam a me.* Unde detumit, quod Deus  
 misericordiam non amoverit a se? S. Au-  
 gustinus ait: *Cum videris non a te am-  
 otam deprecationem tuam, securus esto,  
 quia non est amata a te misericordia eius.*  
 B. Sermon. 48. n. 34.

Vacillat humanum studium, ubi non re-  
 s. Aug. inquitur Dei auxilium, ait S. Augustinus.  
 Flor. DD. B. Sermon. 62. n. 27.

Dices: Cum Deus sit infinita Bonitas,  
 & ex te pronus ad beneficiendum, cur  
 non ultro dat, quibus scit nos indigere?  
 Cur vult orari, & prolixè saepe rogari?  
 Respondeo 1. quia hoc postulat Dei  
 Maestas, & reverentia. 2. Homini  
 condicio, ut agnoscat se, suaque omnia  
 pendere a Deo. 3. Quia idipsum exigit  
 rei, quae petitur dignitas; petimus enim  
 a Deo gratiam, & gloriam. 4. Quia hoc  
 requirit orationis utilitas, & praesentia,  
 quae ingentia oranti commoda confert,  
 ut fidem, spem, caritatem, orantem-  
 que facit quasi Angelum Deo familia-  
 rem. C. in Jo. 16. v. 27.

Deus vult orari, & rogari 1. Quia  
 hoc postulat ejus Majestas & reverentia,  
 qua testamur nos indigere ejus beneficia-  
 tia. 2. Id postulat hominis condicio,  
 ut a se Deo pendere agnoscat. 3. Idip-  
 sum exigit rei dignitas, quam petimus:  
 v. g. gratia, & gloria. 4. Idem postulat  
 orationis utilitas, & praesentia, ut exer-  
 ceamur in fide, spe, aliisque virtutibus.  
 C. in Jo. c. 16. v. 27.

D. Claus. Spirit. univers. Pars II.

68. *Saepe est inefficax, & cur?*

Ratio, cur oratio quandoque nil im-  
 petret, est 1. quia non procedit ex car-  
 itate. 2. Quia non sequitur emendatio  
 morum. 3. Quia pure fit ex amore ad  
 temporalia, & terrena. B. Sermon. 77. n.  
 26. 27. 28. 4. Quia petitur, quod noxi-  
 um est. B. Sermon. 78. n. 16. & seq. 5. Quia Deus  
 saepe vult magis inflammare ardorem oran-  
 di, exemplo sponte querentis, & non in-  
 venientis. S. punct. 6. fol. 37. 6. Quia oratio  
 est distracta. S. punct. 7. fol. 38. & seq.  
 7. Effectus orationis non est impetra-  
 tio rei petita, sed conformitas volunta-  
 tum cum Deo; Christus ipse non impetra-  
 vit, ut transiret calix. 8. Deus saepe expe-  
 dat tempus opportunum, ut magis pro-  
 fit: filio fabricanti in medio situ non  
 datur haustus, sed postea, ne necet. S.  
 punct. 4. fol. 28. 9. Saepe non petimus se-  
 rio; fit Augustinus petebat castitatem,  
 sed simul metuebat, ne exaudiretur: &  
 Pharao ad Moysen dixit: *Gras ora, S.*  
*lb. fol. 29. 10. Deus vult commendare be-  
 neficium, quod enim cito datur minus  
 estimatur: Manna Israelitis viluit, & a-  
 qua ut mel visa est: Quare? quia Man-  
 na statim datum est ad primam postula-  
 tionem, non aqua. Cum tardius dat,  
 commendat dona.* S. punct. 6. fol. 35. Moyses  
 vultum Dei intueri, David extruxit  
 templum, Itaius Verbum incarnatum con-  
 tenere, Elias more vobuerunt, & non im-  
 petrarunt. M. conc. 81. aff. 1. n. 4.

Quidam Monachi conquesti sunt, quod  
 orant pro pluvio & non impetrant: Abbas  
 indubitanter respondit: quia non  
 impetratis signum est, quod male ora-  
 stis. Sanchez, part. c. 3. f. 95.

Sex maxime modis in orando erratur:  
 1. Si bonum temporale petimus animae  
 nociturum. 2. Si tentatione, aut malo  
 aliquo liberari volumus, quod prodest  
 ad humilitatem, & alias virtutes. 3. Si  
 petimus ex ambitione, ut filii Zebedaei.  
 4. Si ex zelo indiscretio, ut illi petunt  
 ignem de calo supra Samaritanos.  
 5. Si petatur id, quod utilius est differri  
 contra studium orationis & perseveran-  
 tia. 6. Si petamus statum, vitam, aut  
 modum certum v. g. vivere in Religione.  
 Sacerdotio, aut matrimonio, cum Deus  
 sciat, alium statum magis convenire ad no-  
 stram salutem. C. in Ep. Rom. c. 8. n. 26.

Oratio saepe non habet conditiones re-  
 quisitas, nempe humilitatem, reverentiam,  
 contritionem, fidem, perseverantiam.

C. Quid

34 Quid mirum, quod non impetret, quod petit. C. in Job. 16. v. 23. C. in Ep. ad Eph. c. 6. v. 18.

69. Debet esse constans, & perseverans.

Ille aeger 38. annis apud piscinam morabatur, donec a Christo sanatus est: Pusbat nos, ait Chrysol. *se vel decem dies orationibus irrogantes non exaudimur, jam tepidissimus.* David ait, oculi nostri ad Dominiem: *Quamvis? donec miseretur nostri.* Quam constans erat mulier Chananza in orando: non patiebat se abigi. S. pun. 6. f. 36. & f. 93.

Isaac 20. annis sterilitatem uxoris deprecatus est: Cur tamdiu non exauditur? nempe Mater surdam se simulat, ut filii preces multiplicet. S. Anselmus ait: *Dismulat audire petentem, ut faciat perseverantem.* S. pun. 6. f. 35.

Jacob per totam noctem orationibus infat: tu orare non desine, tandem importunitas vincet. M. conc. 9. aff. 3. n. 4. & 5.

Oportet semper orare, & non deficere. <sup>Luc. 18.</sup> Quid vult dici? duplex sensu intelligi potest hic textus: 1. Oportet hominem esse deditum studio orationis, eamque potius ultra tempus protrahere, quam abbreviare. Sicut is, qui lusu aut studis est deditus, dicitur semper ludere, semper studere: ita oportet semper orare, & hoc sensu dixit David: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo.* 2. Oportet semper orare, ita, ut cum videas te non exaudiri, tamen non desistas: ita iterum David: *Ut iumentum salus sum apud te, & ego semper tecum.* Ceu diceret: Quamcunque mole illum Dominus traheret, nunquam fore, ut illi dorsum obvertat, quasi favore ejus desperato. Vult igitur Christus nos animare ad constantiam in orando, etiamsi videamur ferre repulsam. Seg. Man. 23. Apr. n. 1.

Mulier Chananza repulsam a Christo non tulit: quia ejus oratio fuit humilis, conjuncta cum fide, modestia, prudentia, reverentia, resignatione, perseverantia. C. Matth. 15. v. 27.

70. Distracta, & negligens nil impetrat. S. Cypr. ait: *Quomodo te audiri a Deo possulas, cum te ipse non audias. Vis esse Deum memorem tui, quando tu ipse tui memor esse non vis Etc.* B. Ser. 38. n. 22. S. Chrysol. *Curvasi quidem genua,*

*sed mens tua foris vagatur, corpus tuum intus, sed sensus foris: et loquebatur, sed mens usurus cogitabat, possessionum reditus supputabat, descriptiones domorum videbat.* S. pun. 7. f. 39.

In humano etiam consortio moris est, ut quis lepidum, insulsum & impudentem disciturum format, viri graves, qui loquentem audiunt, dedignant aurescunt, & terga vertentes ajunt: est inanitas & absurda garrinitio, eamus! Quomodo ergo Deus tibi complacere possit in oratione, in qua mens quaquaversum evagatur, & orans ipse nesciat, quid ajat? certe Deus abicit, atque: Est inanis garrinitio.

Multi animalia perfectum volucres doctrina sunt quaedam verba articulata eloqui: Domitiani Iulcinia graece & latine loquebatur: quidam Cardinalis habebat Phticum, qui totum symbolum Apostolicum recitabat. Quidam corvus Imper. Augustum e praelio reducere salutabat, Ave Caesar, visor, Imperator Etc. jam quaritur, an haec voces fuerint racionales? nihil minus: erant tantum phantastica, quia per eas nulla cogitationes internae significabantur. Eum in morem se habet oratio distractorum: est irrationalis. D. 3. 12. Quam artifice, si mente alio evagatur, sicut ad suum artificium, laborem manuum consociet: ita oratio erit mendosa cum mens est distracta, ait S. Basilus. Sanch. 7. par. c. 3. f. 92.

71. Innocentium & infantum multum valet.

S. Petrus non lingua, sed oculis sententibus veniam rogavit, quia oculi erant innocentes, lingua nocens. B. Ser. 63. n. 23. In Urbe Ninive omnes a majoribus ad minimum jejunabant, quia ut ait Ambrosius, *Non jusciebat satisfactio, nisi seniorum peccata parvulorum innocentia deplozaret.* M. conc. 31. aff. 1. n. 3.

Sacerdos quidam S. Elizabetha Thuringiae caecum adduxerat, rogans, ut eum illuminaret: Elizabetha ajebat, oremus igitur: tu pro isto, ego pro illo oculo orabo. Illuminatus est caecus, ita tamen, ut ille oculus, pro quo oravit Elizabetha, longe clarior, majorque fuerit effectus. Sanc. 7. par. c. 3. f. 95.

P. Dominicus de Betanzos Missionarius Mexicanus turbulenta tempestate navigabat: jam in eo erat, ut navis scopulo illi haergeret, oravit P. Dominicus: Et ecce! scopulus in medio dissolvit, navi transitum dedit. R. cent. 3. mir. 38.

S. Chrysol. Tom. 16. in 2da.

S. Ambrosius in c. 16.

Oratio innocentium clavus est cali. 1. Quia per orationem Elias calum aperuit, & clausit, Josue etiam caelestium orbium machinam sicut. 2. Quia oratio fortissimos Angelos caelo deducit, & in opem attrahit: nam cum orasset Eliseus, ecce mons plenus equorum, & currum igneorum. 3. Quia oratio ipsum Deum ligat, & quasi devinctum e caelo ad justos trahit: Dimitte me, ajebat Deus ad Moysen, ut irascatur furor meus, ubi S. Hieronym. Cui dicitur dimitte me, ostenditur, quod tenendi habebat facultatem. C. in Ep. S. Jac. c. 5. ver. 17.

72. Saepe petit aliquid nocivum.

Importunitas filii prodigi extorsit hereditatem. B. Ser. 78. n. 16.

Christus monet, ora in abscondito: quare in abscondito? ratio est, si ores publice aliquid noxium, si concedam, damnum tuum petisti: si negem, alii confecti putabunt me esse inexorabilem: Stautem in abscondito ores, nec honor meus, nec utilitas tua patitur. B. Ser. 78. n. 17. 18.

Balaam tandem extorsit, ut sibi liceret ire, ad infeliciter, quia pedem frengit. S. pun. 63. f. 220.

Cum in Hibernia ob ingentem incolarum multitudinem magna esset annonae caritas, duo Reges Dermitus & Blamauc ex consilio aulicorum publicas comprecationes instituerunt, Deum rogantes, ut pestem mitteret, qua populus minueretur. Id dum dissuadente S. Geraldo Abbate faciunt, ipsi, & suosores aulici primi a peste, dein innumeri alii fuerunt abrepti. Oratio ergo fiat pure ad voluntatem Dei. R. 1. cent. 2. par. mir. 18.

Hinc principaliter orandum est profate anime: O quantus hac ex parte est error Christianorum: videantur anathemata, & certe inveniuntur millena per necessitates corporis, nec unam autem pro salute anime. Si filius aegrotat, statim concipiunt vota: si anima peccata est infirma, nihil curae habetur. P. 2. dif. 10. n. 20.

Male petit a Deo, qui res mereaducas secundum concupiscentiam suavelantatis petit. Illis ergo, qui talia petunt, Deus aures obstruit, ait S. Bernard. quae singularis est misericordia: *Misericordia est, aliquando subtrahere misericordiam Etc. Et indignatio est, misericordiam exhibere, ut sicut Hebraei in murmurere petentibus carnis dare.* C. in Ep. S. Jac. c. 4. v. 3.

73. Semper, & in omni tempore auditur a Deo.

Terrenis Dominis non semper vacat dare audientiam: sed Deo, Non assistit mihi, qui expellit, vel satellites qui tempore interrumpat, non est, qui dicit, non est tempus audire, veni postea. Sed quando venis, fiat audienti, est tempore gaudii, est tempore cene, est nocte intempesta, semper patet cum interpellare, nequa opus est instantibus, qui te introducant. Ait Chrysol. S. pun. 1. f. 4.

Hec ipse est magna felicitas hominis, quod liceat illi quoties vult conversari cum Deo. Considera aulicos, quos accedunt ad sumum Principem, porrigunt illi libellos supplices a civibus, a subditis, non quod eorum cura tangantur, sed ut agere habe occasionem cum Principe possint. Eadem est felicitas hominis: ideo saepe agere debet cum Deo, non alio fine nisi ut agat cum Deo. Seg. Man. 23. Apr. n. 4.

Vere dixit ille: *Apud Deum valet non magnus clamor, sed magnus amor.* Et S. Aug. cum oras, clama non voce, sed mente, non queritur locus, quantum sensus: Jer. in carcere, Daniel inter leones, tres pueri in fornace, Job in sterquilino, Iatro in cruce auditis est. C. Ex. 14. v. 15.

Orationibus Ss. Deus etiam per miraculum, si fieri aliter non potest, satisfacit: sic Sancti prodigiose transferunt de loco in locum: signa & fontes subterre et terra erumpunt: serpentes, & noxia animalia delentur: peremptes & vincula rumpuntur. C. in Jerem. 29. vers. 14. Vide Vir. Deus: *Exauditi Oratores Ss. Et C. in Eclli. c. 35. v. 21.*

74. Qua ratione fieri debent.

Formulam precandi ad Deum discernere potes a pauperibus: *Cum obsecrationibus Prov. 18. loquitur pauper.* Vide ut illi certatim te obsecratur ad ingressum templi, ut ulcera ostentant cum significatione doloris, ut obtestantur, ne illos deseras per amorem anime tuae: ut purgatorium & paradisi memorant: ut memoriam referant quinq; vulnerum Christi. Hoc modo tu agas cum Deo. In hunc finem, ajunt Sancti esse consuetudinem, ut pauperes constant ad templorum limina daturi fidelibus illuc intantibus specimen supplicandi. Dic ergo cum Davide: *Ego autem mendicis sum & pauper Etc.* Seg. Man. 23. Apr. n. 4. <sup>Pfal. 39.</sup>

In primitiva Ecclesia Christiani orationem observabant varias ceremonias: 1. In fideles, hæreticos, & peccatores iudicantes, & quia horum præsentia impeditur efficacia orationis.

2. Lavabant manus & peccata contritione emendabant: hinc Tertullianus: *Uxor ratio est manibus quidem ablutis, Spiritu vero fordescere orationem obire?*

3. Monebantur publice a Diacono, ut inimicitias deponerent.

4. Faciem dirigebant versus orientem. Eccl. D. cent. 12. c. 1. C. Act. 1. v. 12. Et Ezech. 8. v. 16.

S. Jacob. orabat stectendo, S. Moyses stando, Isaac se prosternendo, Hilarion instar belluæ manibus ac pedibus rependo. Sanc. 7. part. c. 3. fol. 943.

Chananza in orando fuit prudens. 1. Quia ipsamet in propria persona, non per tertium ad Christum venit. 2. Quia reverenter cum Christo tractavit. 3. Quia repullas a Christo patienter sustinuit. Paollet. Fer. 5. post Dom. 1. Quadr.

Jacob noctu usque mane oravit: ita etiam non interrompenda oratione; quia solitudo mater est Divinae ascensionis, ait Nazianz. C. Gen. 32. v. 24. f. 21. col. 1.

Consuetudo flexis genibus orandi fuit Sanctis usitata. C. Act. 20. v. 36. Et manus levandi. C. 1. Tim. 2. v. 8.

75. Non debet omitti etiam si non statim impetret.

Dicunt sæpe orantes: Cur Deus vult indefessus precibus tamdiu rogari, utique fidei necessitatem nostram, & etiam nos amat? R. Ideo vult orari, quia adeo amat. Error tuus in hoc consistit, quod potes idem esse supplicare Deo, & supplicare Principibus terrenis. Apud istos supplicatio iactura censetur, si non impetratur quod petitur. Sed non ita se habet apud Deum. Orare enim semper est ingens lucrum; quia etsi non impetratur petita, impetrantur tamen insignes actus Virtutum: nam imprimis orans exercet actum Religionis, & consequenter omnes actus virtutum, quæ illi fœderantur: Exercet fidem, quia dum orat, signum est, quod credat esse in potestate Dei illud præstare, quod orat. Exercet fiduciam, quia si petit, signum est, quod speret. Exercet humilitatem, quia petendo testatur, quod agnoscat se alterius indigere auxilio &c. Ecce igitur, nullam orationem dici posse frustraneam. Seg. Man. 23. April. n. 2.

Deus in oratione singulariter requirit spem, seu fiduciam, hinc ad misericordiam beneficia petentes frequens erat Christi adhortatio: *Confide fili! Confide filia!* Ratio autem, cur Deus hanc spem, & fiduciam exigat, est, 1. Quia orantem docet sperare quod orat, imo sine spe rite orari nequit. 2. Quia spes & fiducia est quasi canalus, per quem e celo gratia ad nos in terram profundunt. 3. Quia spes & orationis fiducia est quasi pecunia, qua gratiam, & beneficia a Deo emimus; unde hæc ipsa fiducia quanto ardentior est, tanto certius est præstatio impetrandi, quod petimus. Jam huic autem fiducia contrariatur pusillanimitas animi, qua statim orare cessamus, cum non mox orantes exaudimur &c. C. in Ep. Jac. 1. v. 6.

76. Est potens contra diaboli insidias.

Julianus Apostata versatus in Perside misit dæmonem in Occidentem, ut sibi exinde responsum ferret. Rediit dæmon re infecta. Interroganti causam Juliano reposuit: se non potuisse transire propter preces Publii Monachi, quos ille per decem omnino dies continuasset. E. Orat. n. 9.

Sicut viator videns feram fugit, & scandit in arborem: ita cum venit tentator, fugiendum est per orationem ad Dominum. C. Ex. 30. v. 1. f. 567. col. 2.

Aliqui Israelitarum perhibebant fraudes, & rapinas, eo quod non levarint manus suas ad Dominum; si enim orassent, partim recordatione Dei, & iudiciorum eius deterriti a scelere molitione destitissent, partim Deus gratia sua eos prævenisset, quæ eos avocasset a malo, & ad bonum incitasset. Idem experimur in peccatoribus, si obliviscantur Dei, prout dicitur de illis senibus Sufanna insidiantibus: *Declinaverunt oculos suos, ut non viderent calvum.* Et Psalmista ait: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt.* Quæ de causa: quia Dominum non invocaverunt. Hinc famuli Dei, prout asserit Cassianus in initio cujusque operis solent implorare opem Dei, uti in initio singularum horarum: *Deus in adiutorium meum intende.* Et orando ad Primam... tu non hodie salva virtute, ut in hac die ad nullum declinemus peccatum. Habetur ab experientia, capros pro Christo, si orationi insisterent, factos fuisse Martyres, secus a fide defecisse. C. in Mic. c. 2. v. 1.

77. Non debet petere rem illicitam.

Anno 1502. Rustici Spirenses conjunctione facta jugum omne excutere, & asserta

ta libertate Marchionem Badensem, ac Episcopum Spirensis cum omni Clero extirpare, ac occidere volebant. Constituerunt antesignanos, atque ingenti multitudo sub signis collecta, dato etiam symbolo, sui fœderis Patronos elegerunt Beatiſſimam Virginem & S. Joannem Evangelistam, præterea præceperunt, ut quilibet confederatorum quotidie quinque Pater & Ave, pro felici rei successu oraret. Verum duo antesignani perfidia capti, & tormentis subiecti nefanda consilia prodiderunt. Surti Comm. fol. 36.

Sunt aliqui, ait S. Gregor. qui orantem prohibita a Deo, uti vindictam, & mortem inimici: quisquis ita orat, suis precibus contra Deum pugnat, tangiturque illo: Fiat oratio ejus in peccatum. S. Chryſostomus ait: *Qui mala a Deo postulat, Deum mali iudicat, & sentit auctorem.* C. in Ep. S. Jac. c. 4. v. 3.

Si sancti Patres improbant orationem, qua petuntur a Deo caduca & temporalia, quanto absurdus erit petere a Deo illicita? Cassianus ait: *Deus nihil caducum vult a se, nihil vile, nihil temporale implorari.* Alius petit uxorem, alius vilam, alius vestem, alius alimentum, cum tamen Deus dicat: *Querite regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis.* Quanto ergo magis, ait S. Chryſost. *Qui mala a Deo postulat, Deum mali iudicat, & sentit auctorem.* C. in Epist. S. Jac. c. 4. v. 3.

78. Omnibus actionibus præmittenda.

David in omnibus actionibus invocavit Dei adiutorium: *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Vias tuas Domine demonstra mihi &c.* Sic Rex Salomon: *Da mihi Domine sedium tuarum assiduum sapientiam &c.* Rex Josaphat hostibus circumdatus, ad Dominum oculos direxit, & victoriam impetravit. Tobias filium docuit: *Pete a Deo, ut vias tuas dirigat.* Cassianus monet, ut ante singulas actiones oremus: *Deus in adiutorium meum intende, id quod in singulis horis Canonicis observatur.* Ratio autem est imo quia incerta est hominis providentia: ergo superprema prudentia dirigi debet. 2. Quia ad Deum spectat, omnium hominum actiones dirigere: ergo Dei munus invadit, qui sine Deo sapere, sequæ ipsum dirigere vult. 3. Quia Deus solus novit eventum futurum, nimirum, quid evenitum sit, si hoc vel illud egero aut non egero &c. ergo ad Deum recurrendum est. Sic a Deo directus fuit Abraham, & Jacob. D. Claus spicit. univers. Pars II.

Joseph, Moyses cum Hebræis, Josue in omnibus bellis. Machabæus ultima vice omisit invocare Deum, & ibi in prælio interit. C. Exod. 33. v. 17.

Præsertim primo statim mane primitivæ cogitationum, & operum per orationem consecrandæ sunt Deo, cuiusque auxilium pro omnibus actionibus implorandum: *Deus Deus meus ad te de luce vigilo, orabat Psalmista.* Et S. Basil. Discipulo hoc dedit documentum: *Quodcumque opus inchoaveris, primo invoca Dominum, & ne desinas gratias agere, cum illud profeceris. Quære Dominum, & invenies eum! ut copuletur mens tua in amore ejus! Et S. Bernard. Nihil dignius cogitari potest, quam cor ad eum referre, qui, ut viveres, mori voluit &c. Mane ergo cor offerendum Deo, & omnes ejus cogitationes, & actiones. C. in Eccl. 39. v. 7.*

Orationis qualitates sunt 1. ut fit assidua. 2. Obsecratoria v. g. per mortem, crucem, & sanguinem Christi. 3. Perpias intentiones continuata, & sic omnibus operibus, officijs, ac laboribus trivialibus plebis præmitti & interferri potest. C. in ep. ad Eph. c. 6. v. 18.

79. Semper potest ac debet continuari.

Abbas Lucius quærebatur ex Monachis, si etiam orarent in somno, respondentes: Non! reposuit, ego ex his labore diurno lucratis duos denarios expendo in pauperes, ut illi mei in vicem orent dum comedo, & dum dormio: atque sic semper oro. Semper orat, qui in omnibus operibus Deum præsentem habet. S. Martyr: Alexander in tormentis tacebat, questus a tyranno, cor adeo esset taciturnus, reposuit: nunc est tempus orationis. Idem respondit S. Urbanus. Sanchez. 7. p. c. 3. fol. 940.

Non est difficile, ajebat S. Francis. semper & ubique orare, quia Deus ubique est præsens, anima nostra ubique est templum Dei, & cor nostrum altare. Ib. fol. 941.

S. Bartholomæus centes die, centes de nocte orabat. S. Martha trecentis, S. Paulus Africanus toties, quot lapides numerabat, oravit. Arsenius tota nocte orationes fundebat. S. Antonius occidentie sole versus orientem orabat, donec sol oriens ejus oculos perfringebat; solebat alterare cum sole, quod tam cito oritur. Sanchez. 7. p. c. 3. fol. 943.

Venerunt ad Abbatem Lucium laborantem fratres & dixerunt: Nos non laboramus sed semper oramus. Reposuit se-

38. Et non manducatis? Manducamus. Quando ergo manducatis, quis pro vobis orat? aut quando dormitis, quis orat? obmutescitibus illis subintulit: Ecce quando laboro, & plectas facio, corde simul oro. Et quando fedecim nummos lucrero, duos denarios do pauperibus, qui pro me tempore, quo manduco orant. E. Oratio n. 7.

S. Antonius & Arsenius totas noctes stando orabant. Abbas Bessarion per quatuordecim dies expansis manibus &c. C. in Exod. 30. v. 1.

80. Impetrat, non impetrat pro diversitate orantis.

S. Abertius Episcopus Hierapolitanus, cum Romanus vocabatur ut Lucillam Imperatricem filiam a demone liberaret, urceum secum sumpsit, in quem vinum, oleum, & acetum mixtum infundit iussit pro alimento in via. Famulus ex hoc urceoque quidquid iusserat Episcopus poterat expromere: iussit Episcopus vinum, & ecce sivebat vinum, iussit oleum, & ecce oleum &c. Verum cum ipse famulus eorum aliquid ex se expromere veller, contrarium fluxit, loco vini acetum, loco olei vinum. R. 2. cent. p. 1. mir. 14. Sic fit in oratione, Sancti impetrant vinum, mali Christiani acetum &c.

S. Bernardus vidit Angelos, qui preces fratrum psallentium, auro, argento, atrameto aut aqua scribebat, pro diversitate devotionis: sive ergo oratio in se diversa est, ita parum aut nihil impetrat. E. Verbo Angelus n. 11.

S. Chrysostomus ait: Deus non est oris, sed cordis auditor. Præcipue duobus modis oratio impeditur, ait S. Igitur, non modo impetrare valeat postulat, si aut orans adhuc mala committit, aut delinquent in se debita non dimittit. C. in Exod. 30. v. 1. Vide supra. Ejus efficacia impeditur a peccato. &c.

Quid fecundius semente & pluvia? Et tamen cum in agrum sterilem, aut saxum incidunt, nil frugis parturiunt: Ita gratie caelestes pro diversitate orantis, dum in cor fecundum, aut saxum incidunt, effectum aut bonum, aut nullum operantur. Sed ceram liquefacit, lutam indurat. &c.

81. Prodest in periculis corporalibus.

David nunquam bellum orsus est sine prævia oratione; hinc semper victor fuit, ait S. Ambrosius. S. punct. 31. fol. 135.

De Monasterio S. Libertini rumor spargebatur, quod multum pecuniarum haberet. Ingressi igitur Monasterium milites Franci Libertinum Abbatem quærebant: Et intermum illum in oratorio orantem, & sibi proximum non viderunt. E. Oratio n. 1.

Jacobus Episcopus contra Regem Saporem, qui Antiochiam urbem obsidebat, immensam cyniphum, & culicum multitudinem oratione impetrat, quorum molestiam milites ferre non valentes in fugam acti sunt. E. Oratio n. 11.

Israëlites vincunt in valle Amalecitas, dum Moyses in monte orat: ubi S. Chryl. Quis hostem non orando devicit? orationibus Danieli visa panduntur, sopiuntur flammae, feræ hebescunt, cadunt hostes, inimici vincuntur. C. Exod. 17. v. 11.

Machabuz legitur omnibus præmississe orationem, & semper victoriam retulit. Ultimo confossus interit, quia ibi non legitur orasse. C. Mich. 2. v. 1.

Jacobus Nilibites urbem contra Regem Saporem defendit, omnesque illius motiones irritas reddidit. Abbas Theonas oratione latrones sicut immobiles. Zachæus pestem ab urbe Casarea averit. Est ergo oratio omnium difficultatum victoria, & infirmo in via Dei medicina &c. C. in Exod. 30. v. 1.

82. Plus impetrat quam petit.

In nuptiis Christus vinum multiplicat, panes auget, ut plures copiosi supersint: salutem corporalem petentibus etiam spirituales concedit: sermo roganti dilationem, omne debitum dimittit. S. punct. 3. fol. 23. M. conc. 40. aff. 1. n. 6.

Ubertior est gratia, quam precatio: semper Dominus plus tribuit, quam rogatur, ait Augustinus. S. punct. 31. fol. 735. M. conc. 40. aff. 1. n. 8. 9. seq.

Perillus ex Alexandri Magni amicum numero, cum filia sua dotem petisset, quinquaginta talenta accipere iustus est, dicente illo satis esse decem, repositus Alexander, tibi accipere, sed mihi nequaquam satis esse dare. Ita Deus facit, ait S. Basilus, Munificentissimus & augustissimus est Rex noster, & indignè fert, quandocumque quis exiguum aliquid a se petit, multo magis, si ea petimus, que minime conveniunt.

Ecclesia orat: Deus qui supplicum merita expedit & vota. Christus Dominus infirmis, quos mirabiliter sanavit, præter sanitatem corporis, quam flagitabant, ordinarie etiam sanitatem animæ dedit, remittendo peccata, ingerendo monita & docu-

S. Chryl. Hom. de Moys.

S. Aug. de bono latrone.

S. Basil. constit. Monach.

84. Peccatoris non exauditur.

Auribus infige Domine orationem meam. Respondit his Deus: sige legem meam in corde tuo, & ego sfigam in auribus orationem tuam. S. punct. 5. fol. 31. 32.

Abel, non Caini oblatio respicitur. Gallus & Julianus (postea Apostata) fratres edificaverunt simul Ecclesiam, pars Galli constitit, pars Juliani semper concidit. C. Gen. fol. 93. col. 1.

Israëlites per 90. annos ad Deum orant, sed frustra, quia cultores adhuc erant idolorum, ait Abulensis. B. Sermon. 67. n. 16.

Oratio Sanctorum & innocentium impetrat omnia: S. Dominicus de se testatur, se nihil unquam a Deo petisse, quod non impetraret. S. Scolastica impetrat plures, ne frater eius Benedictus possit abire, S. Albinus orat pro redemptione capivorum, & carceres omnes, acate-ne referantur. S. Juvenalis orat in oblatione urbis, & hostium mille caduntur. S. Alexander Episcopus oratione extinxit Arium hæresiarum &c. Cur tu igitur mi homo non exaudiris? quia peccator es. Sanchez 7. p. c. 3. fol. 949.

Abbas Moyses dicere solebat, qui orat, & in peccatis est, vacuus paleas triturat. Sanchez 7. p. c. 3. fol. 953.

Solenne est Deo prius respicere donantem, deinde donum: Respexit Dominus Gen. 4. ad Abel, & ad munera ejus. P. p. 1. disc. 6. n. 11.

Beatus Mennas oblata sibi ab homine impuro munera, inter alia dona non accepit, sed renunciari illi iussit: Ego tuam oblationem non accipio, qui suam oblationem abstulisti Deo. E. Monialis. Sic per se ratio habet de oratione peccatoris apud Deum. S. Chrysostomus ait: Deus non est oris, sed cordis auditor. C. in Exod. c. 30. v. 1.

85. Quam grata sit Deo.

Discipulis in mari fluctuantibus Christus simulavit præterire. Cur? S. Augustinus ait, ut clamorem eliceret, cui subvenire oporteret. Nempe adeo Deus amat orationem nostram, ut illum per tribulationes extorqueat. S. punct. 1. fol. 3.

Simulabat se longius ire: Cur? ut audiret illud: Mane nobiscum Domine. S. Iba. Isaac 20. annis sterilitatem uxoris deprecatus est: Cur non audivit Deus? S. Anselmus ait: dissimulat audire precem, ut faciat perseverantem. S. punct. 6. fol. 35.

*Invoca me in die tribulationis.* Ubi Augustinus, ad hoc enim permisi diem tribulationis fieri tibi. S. punct. 38. fol. 166.

Si Principes esset, qui ita delectaretur musica, ut etiam fidium preparationem libenter audiret, sane magnus diceeretur amator musicæ: Deus autem ita amat orationem, ut *preparationem cordis eorum audiuit auris ejus.* S. punct. 1. fol. 2.

Bernardus a quinta valle inter orandum scammis, arboribus, & rupibus te tenere debet, ne vi orationis in altum elevetur. S. Gregorio Lingonensi oranti Angeli Ecclesiam aperiunt, & claudunt. Philiberto oranti duo lumina instar syderum coruscant. Supra caput S. Servuli orantis cælestis flamma apparet. S. Ignatius orans ostendit integro extra sensus rapitur. Sanchez 7. part. c. 3. fol. 957.

Orationes Sanctorum comparantur suffitui Thymiatis. 1. Quia oratio, thuris instar, sursum ascendit, juxta illud: *Dirigatur oratio mea sicut incensum.* 2. Quia oratio ficut thus Deum oblectat. 3. Quia ficut thus foetorem, ita oratio peccatum abigit, Deique iram placat. 4. Sicut thymia in igne adolebatur; ita oratio in igne tribulationis exardescit. &c. C. Apoc. 5. v. 8.

### 86. Quam efficax ad impetrandum.

*Sub quo curvantur, qui portant orbem.* Quinam sunt hi? S. Hieronymus ait: Qui ante Deum per orationem curvantur, humerisque periclitanti mundo submittunt. Certe Abraham orbem, Lot illam provinciam, Moyses populum portavit. S. punct. 2. fol. 7.

*Dimittite me, ut irascatur furor meus.* Quis te tenet Domine? S. Hieronymus ait: Qui dicit *dimittite me, ostendit se veneri posse.* S. punct. 2. fol. 7.

Elias ad tres annos & sex menses pluviam cohibet, Josue solem sistit ad 36. horas. S. lb. fol. 8.

Religiosus dum orat, ex ejus ore per singulos versus fax ignis egressa ascendit ad cælum. S. Antonius & Arsenius per totam noctem in eodem vestigio stantes vincunt diabolum. Abbas Bessarion oratione maris aquas dulces reddit. Jacobus urbem Nisibim contra hostes defendit. Publius oratione diabolum sistit. Thomas Abbas latrones immobiles reddit. Macarius ejecit demonem galosum &c. est ergo oratio omnium difficultatum victoria. C. Exod. 30. v. 1. fol. 567. col. 1. leg. Cassianus modos assignat, quibus ora-

tio efficitur efficax. 1. Si fiat confessio- nem duorum. 2. Viva fide. 3. Si sit conjuncta cum elemosyna. 4. Cum emendatione vite. &c. C. in Ep. S. Jac. c. 5. v. 16.

Quam efficax sit oratio iusti, patet ex effectibus; quia, 1. Iram Dei mitigat. 2. Angelos trahit in auxilium, & adiutorium. 3. Liberat a malis spiritualibus & corporalibus. 4. Demones fugat. 5. Omnium elementis dominatur. Egregie S. Augustinus: Jeremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace tripudiant, Job in sterquilino triumphat, latro de cruce paradisum invenit, Susanna a senibus defenditur, Stephanus de torrente in cælo suscipitur. &c. C. in Ep. S. Jac. c. 5. vers. 16.

Jacob per totam noctem luctatus vincit Deum. S. punct. 2. fol. 8.

S. Spiridon orans pluvias impetrat, pulsa diuturna siccitate. S. Malachias tempestatem excitat oratione contra sediciosos, Constantius aquam ardere facit velut oleum. S. punct. 2. fol. 11.

*Petite & accipietis:* Orans quasi jus acquirit ad gratias impetrandas. M. conc. 9. aff. 3. n. 3.

Miracula Sanctis per orationem patrata sunt plurima. C. Gen. fol. 567. col. 2. Marcus Aurelius Imperator cum exercitu in angustiis faucibus hostium numero inclusus, rogat Christianos, ut sibi contra sitim & inedia remedium a Deo impetrarent: orant Christiani. Et ecce! Romani pluvias recreantur, barbari hostes deplis fulminibus excinduntur: hæc Christianorum turba fuit dein ob miraculum vocata *Fulminatrix legio.* D. 4. 44.

S. Ægyptus cum quondam in tugurio eremite versaretur, & ob altitudinem nivium exitus prohiberetur, magnam penuriam passi sunt, orant; & ecce! equus anaona oneratus ad fores tugurii venit.

Diacomo S. V. Volfgangi in mari sacrificantis patena in aquas excidit: orat: & ecce! patena super aquas ad ejus manum adnatavit. Sanchez 7. part. fol. 941.

Abraham impetravit Isaacum, Moyses veniam populo, Job reconciliationem amicorum cum Deo, Judith victoriam Hollorensis, Elther conservationem populi, Anna Samuelem, Elias pluvias & ariditatem, Tobias & Sara sanitatem, Susanna defensionem innocentie, Jonas incolumitatem a cæto, Salomon sapientiam, tres pueri liberationem e flamma. Et hæc omnia per orationem. Similiter Apostoli per orationem impetrarunt sanationem claudi: S. Martinus suscitationem trium-

S. Aug.  
Ser. 22.

mortuorum. S. Bernardus intelligentiam Scripturæ. S. Thomas Aquinas scientiam, & S. Dominicus testatur se nihil rogasse a Deo, quod non obtinuerit. Sanchez 7. part. c. 3. fol. 948. & seq.

### 87. Impeditur a demone omni studio.

Dum S. Dominicus orat, damen ingentem e tecto Ecclesie deficit. S. punct. 7. fol. 41. 43. 44. Sanchez 7. part. c. 3. fol. 953.

Rex Moabitum Balac Prophetam ab hoste avocare studet: ita demon orationem impedire fatigat. S. punct. 31. fol. 135.

Non sunt arma, quibus validius impugnetur demon, quam oratio; hinc curat, ut non sit faber ferrarius in Israel. S. punct. 62.

Sicut Pharaon Israelitas sacrificaturos paleis occupavit: ita demon occupat curis mundanis: Mulier incurvata a diabolo, ne cælum aspiceret. Ideo etiam impeditur fatigat gustum orationis. S. punct. 62. fol. 218.

Dum S. Macarius orat, demon illi suam cellam incendit. Dum Monachus orationi vacabat, aderant demones figura gladiatorum, vulnerabant se mutuo, & occidebant, atque ad S. Hilarionem accedentes rogabant, ut oculos sepellerent. Alia vice vidit S. Macarius demones velut Æthiopa pueros circumcurfare & orantium oculos nunc ædificia, nunc mulierum formas, nunc alias nugas proponere. Petr. Sanchez. 2. p. c. 1. E. *Demon.* n. 5.

Theodorum orantem diabolum mordet ut serpens, alium arripit brachitis ut leo: cum quidam Monachus oraret, demon ante ejus oculos saltavit, irritique quod in aliquo Psalmo errasset. S. Pachomius audit demonem se gloriantem, quod habere amicum, cui sub oratione quacunque suggerere possit. Sanchez 7. part. c. 3. fol. 953. E. *Demon.* n. 3.

Diabolum Militi serviens, eum contra inimicos per fluminis vadum ducens, uxorem ejus fanans, & alia faciens, tandem prolitus pro mercede nil aliud petit, quam ut campana supra pauperem Ecclesiam ferret. Quare? ut impediret orationem eorum, qui rem Divinam anteverentes ibi orabant. E. *Oratio.* n. 13.

### 88. Eriam aliena prodest pro alii.

Pauper operarius, qui duro labore pænam lucrabatur, mane antequam forum accederet, sacrum audit, interim autem alii operarii conlucti sunt. Subtristis ergo

plateas obiens, quod ea die nil lucri haberet, a divite iustus est, ad Ecclesiam redire & orare, ea conditione, quod vesperi tantumdem, quantum alii esset accepturus. Oravit tota die & vesperi mercedem recepit. Abenti obviavit Christus, querens ex eo, quantum accepisset & reposuit, decem denarios cum pane. Cito ajebat Christus, revertere ad divitem & pete ut plura tibi solveret, quod cum dives prima & altera vice fecisset, solvens illi centum solidos, noctu apparuit ei Dominus revelans, quod, nisi pauper pro eo rogasset, illa nocte mortuus, & damnatus fuisset. E. *Elemosyna.* n. 22.

S. Elisabeth Thuringia propeclissimo iuvenc ad ejus instantiam oravit, & ille inter hanc orationem adeo amore Divino incaluit, ut identidem clamare: cessare orare, alias se comburi. Factus dein Religiosus. Et *Oratio.* n. 16.

S. Apostolus Paulus ait: *Oramus Deum,* ut *omni mali faciat.*

Moyses sua oratione restitit ira Dei, eumque placavit Domino. Samuel totum Israel precibus contra Philistæos protexit. Lot urbem Segor conservavit. Job amicis veniam impetravit. Daniel liberationem Judæorum e Babylone obtinuit. Et hodie dum homines iusti, præsertim in Monasteriis mundum abintertu præverant. C. in Eccli. c. 35. v. 20.

### 89. Non fac cum distractionibus.

Grandis peccator auditio verbo Dei contentus facit confessionem & pro penitentia jubetur per totam noctem orare, sed maxima cum recollectione animi. Diabolum invadebat huic orationi convocatque focis quaritabat, quis eorum hunc penitentem auderet distractum facere? Demones se id effecturos promittunt: unus ergo assumit personam fororis, & cum maximis lamentis refert, arcem ab hostibus oppugnari. Sed orans nec morosatur. Alius Demonum assumpta personam conjugis portantis geminos filios nunciabat, se ægre evasisse, arcem autem ab hostibus esse omnino evacuatum. Ille autem perseverabat in oratione. Denique demones grandem tumultum excitabant, vociferantes, templum flammis esse correptum. Sed incassum! &c. Luciam. T. 1. conc. 71. in fine. Sic fiet orandum est, ut nihil te perturbare possit.

Siquis Legatus apud Regem in negotiis maximis haberet audientiam, & subito in cubile Regis tumultuosa rabularum ac

42  
iustitiorum fax irrumperet, huiusque indecentia ipse Legatus culpam haberet, nonne merito Rex indignaretur? Orare est audientiam habere apud Deum: Quam indignum est igitur si cura temporales irrumperet? &c.

Imperator Valens cum ingenti procerum, populique comitatu eo tempore ingressus est Ecclesiam, quo S. Basilus facrificabat. Nihilominus Divinissimo operi adeo fuit intentus, ut nec corpore, nec oculis, nec animo fuerit motus. *N. 6. Jan.*

S. Eusebius orans inconsideranter oculos in hortos vicinos levavit: hunc errorem tam austere in se punivit, ut ponderosissimum ferrum & catena sibi collo appenderit, quo minus erigere se posset, illudque onus per quadraginta annos tulit. *N. 23. Jan.*

90. Quam facile fiat distracta.

*Cor meum dereliquit me.* Sanctus Bernardus ait: *Modo ad forum, modo ad litigia altercantium, nunc ad convivium.* *Gen. S. punct. 9. fol. 47.*

Christus excitatus puellam turbam tumultuantem iussit exesse: hæc turba sunt cogitationes distractæ, variæ, & diversissimæ. *S. punct. 10. per totum.*

S. Bernardus conquirebatur de evagationibus animi: quidam rusticus id audiens aiebat se in oratione plene esse collectum. Bernardus promittebat illi equum, si vel unicum *Pater noster* posset sine distractionibus orare. Incipit orare rusticus, & in media recitatione quærebat, an una cum equo etiam ephippium sperandum haberet &c. *Sanchez 7. part. c. 3. fol. 947.*

Quodsi hominibus recollectis & sanctis sæpe molesta sunt distractiones, quid fiet his qui nullam proflus diligentiam adhibent ad vincendas tentationes? Theodorus Abbas, cum oraret, a colubro morsus est in pede, & tamen non sinebat se impediri ab oratione. Alios molestabat demon & tamen perseverabat. O sic orare disceamus &c. *Sanchez 7. part. c. 3. fol. 951.*

Thus fuit symbolum orationis: sicut ergo fumus ascendens in altum facile dissipatur; ita mens orans facile distractitur &c. Cum in domo multi sunt inquilini, famuli, famulae filii & filiae, continuo & fere singulis horis oriuntur clamores, altercationes, & pacis turbationes. In domo animæ datur phantasia, concupiscentia, & innumere passionēs, præterea sensus corporis, negotiorum cura, insidia mundi, carnis, demonis semper

sunt irrequiete, quid igitur mirum quod in oratione conflantur distractiones, nisi absoluta voluntatis imperio, ope mortificationis compellantur? &c.

91. Orantem munit contra tentationes.

Moyse post colloquium cum Deo conatus apparet, ut significetur per orationem robur acquiri; ait Chryostomus. *S. punct. 31. fol. 134.*

*Induite armaturam Dei*, hæc armatura est oratio. *S. punct. 59. fol. 211.*

Rex Moabiturum Balac cum populum Israel contra se venire audiret, Prophetam Balsam ad se avocare studuit: Quare? ut Israelita non haberet, qui pro ipsis oraret: ita demon impedire fatigat orationem, quia ipsi maxime nocet. *S. fol. 135. 136.*

Dæmon ille a Iuliano Apostata exploratum missus ab oratione Monachi sistitur. *S. punct. 31. fol. 137. Et R. i. cent. 2. part. mir. 30.*

Ardea, & aquila cum tempestatem præsentiant, cito se supra nubila ad cælum efferunt: ita homo cum tentationem advertit, elevet se versus cælum per orationem. *Sanchez 7. part. c. 3. fol. 942.*

Recte igitur facit, qui victoriam tentationum a Deo exorat: verum præter orationem debet etiam opere ipso committi ad vincendam tentationem, in morem Gubernatoris, qui obesse urbi auxilia petit, interim tamen cum modico, quod habet præsidio nihil omittit, quod facit ad defendendam urbem &c. *P. p. i. disc. 6. n. 9. C. in Cant. 4. v. 4.*

Oratio præcipue tempore tentationis fundenda est; estque, quia major est cordis refrigerandi necessitas sapienter respiramus: ita sæpius oportet repetere orationem, cum tentamur &c. *P. p. i. disc. 6. n. 18.*

Cetus, qui Jonam devoravit, ita mansuetus est, ut recta ad litus Nilivæ nataret: quis bellæ fluctibus, & procellis efferatæ tam regularem motum dedit? a quo viva insula, & natans mons adeo circumatus est? Responderet Sidonius Apollinaris: Per orationem Jonæ, qui ex ventre ceti extemporaliter oratorum, & facellum marinum fecit. Si hoc potuit Jonas in ventre ceti, certe orantem compescet virtutem diaboli.

92. Est solatio in adversitate maximum.

Cum iactaretur navis Jonæ, gubernator illi dixit: *Surge, & invoca Deum: id est*

adversitates non cessant, quia non invocamus Deum. *S. punct. 38. fol. 166.*

Dic, qua tempestate iactaris miser Jonæ? tu captivitate: at ecce! Israelita in captivitatem ducti nil fumperunt secum nisi organa musica, ut exaudirentur a Deo, & Petrus inter catenas dormit. Tu agrotus es: at ecce! Job inter dolores gauderet, quod derelicta sibi sint labia, quibus oraret. Si ardes febribus, racemus camphoræ ardet in mediis aquis &c. *S. punct. 38. fol. 164.* Tu persecutionem pateris? Jacob a fratre Esau, Josaphat ab hostibus liberatur oratione. *S. lb. Cum hostibus pugnandum est? David triumphat oratione. S. lb. fol. 165.* Abeliis contemneris? Anna contemnebatur propter sterilitatem, & orabat. *S. lb. fol. 165.* Tu viduitatem deploras? *Inset observacionibus*, ait Apostolus. Uno verbo tribulationem est schola orationis. *S. lb. fol. 166.*

Christus Dominus ante passionem in hortu prostratus orat: sic homo dum afflictionem prævidet, ad Deum oratione recurrit. *C. in Matth. 26. v. 37. & seq.*

O quot periculis obnoxius natus, qui mare pernavigat! videt infra se tumentes fluctus & monstra marina insidiantia: videt circum se navigium fragile, aerem insidum, procellas tumultuantes: videt supra se nubes, tonitrua ac fulmina minitantes. Quid agit miser? oculos semper ad Stellam Polarem attollit! Hæc ducit, hanc acu magnetica explorat, hanc quamdiu non amittit, ad terminum suum se preventurum sperat! Hæc vita periculosa navigatio est, Dei bonitas & Providentia, Stella Polaris est! &c.

93. Inter quævis negotia continuari potest.

S. Gregorius ait: Non omnes postsumus ad Redemptoris pedes sedere cum Magdalena, sed aliqui ministrare debent cum Martha: nihilominus Martha inter media negotia stetit, & ait: *Domine Gen. S. punct. 58. fol. 207.*

Marta inter labores culinae, Anna Samuelis ante aram, Jonas in ceto, Job in sterquilinio orant: omnis locus orationis factus est, ait Augustinus. *S. punct. 58. fol. 209. A. d. 8. §. 9.*

S. Anselmus ait: sicut molendinum semper quidem agitur, in potestate tamen molitoris est, id quod molat: ita intellectus quidem humanus semper aliquid cogitat, in nostra tamen potestate est, ut ad Dei gloriam semper aliquid cogitet. *Sanchez 7. part. c. 3. fol. 929.*

Sicut unus circuli pes semper in centro hæret, alter autem circumcurrit formamdo circumferentiam: ita animus, dum in negotiis mundi circumcurrit, simul firmiter & semper in Deo hæret potest.

S. Hieronymus ait: *Egredientes arnet oratio, regredientibus occurrat: Sessone prius corpusculum non requiescat, quam illa animam pascat.* *C. in Exod. 30. v. 11.*

Acus Nautica feu Magnetica, est millies circumgyretur, semper tamen ad aspectum Stellæ Polaris recurrit: Ita Christianus, etsi millenis negotiis distractatur, semper tamen animo in calohæreat. Hac arte meritoria pollebant Sancti, qui quovis eventus, labores, & occupationes cælesti doctrina condire, & rem etiam vanam in meritorium augmentum, & salutis adiumentum convertere poterant. *Vid. Tit. Sancti &c.*

94. Cuiuslibet status ac conditionis est necessaria.

Enos primus homo dicitur, quia primus orare cepit, homo non est, qui necessitatem orandi non agnoscit. *S. punct. 59. fol. 211.*

Superior oret, ut in morem illorum septem candelaborum luceat, non luce cadarum, sed stellarum. Uxoratus oret, ut concordiam domesticam, & negotiorum prosperitatem habeat: Secularis oret, ut in fornace Babylonica mundi non uratur &c. *S. punct. 59. fol. 211.*

Homines mundani excusant se propter negotiorum multitudinem, liberorum & uxoris curam: sed male ait Chryostomus, plus indigent oratione, quam alii: nonne enim qui in mari iactatur fluctibus, magis opus habet magnetæ, & mappa, quam qui in littore securus est? *A lect. 1. n. 20.*

S. Thomas Angelicus Doctor solebat dicere: Hominem sine oratione esse militem sine armis. *D. 4. 58.*

S. Nilus dicere solebat: sicut panis corpori, ita oratio animæ est necessaria. *Sanchez 7. part. c. 3. fol. 951.*

Homines sæculares putant prolixam orationem tantum Religiosis esse convenientem: sed non est ita: inter mundi turbas, cum majus sit salutis periculum, majorem curam adhibenda est: Quamvis militum proprium sit armis accingi non tamen ideo nemini alteri conveniunt qui sunt vite insidias frui &c. *P. p. i. disc. 6. n. 15.*

S. Augustinus ait: *Oratio sancta, est columna virtutum, viduarum maritus, Angelorum cognata, fundamentum fidei, Monacho*

ANSELMI  
SER. 62.

eborum corona, conjugatorum levamen, C. in Ep. S. Jacob. c. 5. v. 16.

95. Debet Deum sibi habere presentem.

Primi Christiani solebant suas orationes fundere versus orientem, & adhuc altaria versus orientem solent erigi: 1. Quia Palestina, ubi ambulabat Christus, nobis jacet ad ortum: Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus. 2. Quia Deus in Scripturis se lucem dicit, & lucis Creatorem. 3. Quia paradus terrestis, a quo homo expulsus est, in oriente est collocatus. 4. Quia Christus in cruce pendens, faciem vertit ad occidentem. Alea. 8. §. 10.

Moylis factes ex consortio sermonis Domini comuta facta est, id est insolito fulgore coruscans. 1. Ut Deus amorem amoris rependeret. 2. Ut Moyli auctoritate concillaret, simulque populo terrorem in promulganda, & acceptanda lege. 4. Ut vim, & fructum orationis ostenderet. Sic orantes, quasi sanctitatem, & auctoritatem Dei imbibere debent &c. C. Ex. 34. ver. 29. Ita Christus in monte Tabor, S. Antonius, S. Franciscus, S. Ignatius, S. Philippus Nerius, alique orando, quasi lucidi, coruscantes, & Divini comparuerunt. lb.

S. Basilus ait: Quomodo obtinebit quis, ut in oratione sensus ejus non vagetur? Et respondet: si cogitet, se assistere ante oculos Domini. C. in Ex. 30. v. 1.

Tria requiruntur ad orationem bene ordinatam: Dominus Deus, qui rogatur, supplicans qui rogat, & modus seu intentio, & attentio, quia rogatur, si unum ex his deficit, oratio est infirma &c.

96. Debet offerri pro Regibus etiam infidelibus.

1. Tim. 2. Apost. Paulus jubet nos orare pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt; quia, ut ait Aug. de conversione, & salute regum, & principum, qui saluti suo ab humilitate Christiana abhorrent, non desperandum; ab his enim pendet tota Respub. & Ecclesia, sic Constantinus conversus orbem convertit, idola sustulit, Ecclesias erexit. Orandum etiam pro Principibus & Magistratibus infidelibus & ethnicis, idque triplici de causa: 1. Ut Christiani omne odium deponant; nemo enim odisse eum potest, pro quo orat. 2. Ut Principes mitiores fiant erga Christianos, quos sciunt non obstantibus

S. Aug. Enclit. 105.

persecutionibus & cruciatibus pro se orare: ita in castris M. Aurelii Antonini Imp. siti afflicti, Christiana legio, alias dicta fulminatrix, Romanis plaviam impetravit. Sic olim Christianos in sanctis mysteriis pro Imp. Nerone, Decio, Diocletiano orasse testis est Justinus. S. Cyp. cum ei a Praefecto obiectum esset, quod ipse tanquam Christianus in Caesarem conjurasset, libere respondit: Longissime non Christiani absumus ab hac culpa, qui Caesari, etiam si alia sacra & Deos colenti, tamen bene cupimus & precamur, & rogamus Deum, ut ad cognitionem verorum honorum adducat &c. 3. Ut Deus eo modo flecteret eorum animos, bene ac pacifice regendi, quo proficuum est Ecclesiae, & iustique paci, ac tranquillitati: sic Jerem. ex Hierosolyma scripsit Judais in Babylone, ut orarent pro vita Nabuchodonos. & filiorum ejus; quatinus pace, inquit, illius erit pax vestra. C. in Ep. Tim. 2. v. 2.

Oraciones jaculatoria,

97. Inter media negotia usurpari possunt.

Martha ministrans stetit, & ait: Domine &c. Animalia illa cum progressa sunt, ut fulgura revertebantur: ita a negotiis ad Deum redeundum est. S. pun. 58. f. 207.

Frates in eremo, ait Augustinus, inter revendum, & laborandum orabant: & mulier et medio turbatur clamant: nos et medio curarum exclamemus interdum, & monente S. Chryso. Non stramas haram elabi, in qua mentem non extollamus. S. punct. 58. fol. 208. & seq.

Adamus in paradiso, Josephus in carcere, Daniel in lacu leonum, Jonas in ventre ceti, S. Agnes in lupanari orantur, Sanc. 7. par. c. 3. f. 930. Sic tu interdum in celum emitte affectus adorationis, amoris, oblationis, laudis, gratiarum actionis, pudoris &c. Seg. Man. 3. Sep. n. 4.

Frates in Aegypto crebras & brevissimas habebant orationes, ne in productioribus heberetur intentio. C. Ex. 30. ver. 1. f. 567. col. 1.

Praefertim opifices & plebs rustica admonenda, ut suis laboribus eiusmodi devota suspiria, & oblationes praeferant, & interserant, adeoque non pro lucro mere temporali, sed & pro spirituali laborent. C. in Ep. ad Eph. c. 6. v. 18.

Illa quatuor animalia, quando procedebant, continuo ut fulgur revertebantur. Ita

Ira homo Christianus inter labores, & negotia quotidiana, iterato ad Deum revertatur, se & actiones suas illi commendans, sic fecit David inter regnignotia. S. pun. 57. f. 205.

98. Sunt valde meritorie, & utiles.

Preces jaculatoriae sunt sagitta penetrantes cor Dei. S. pun. 58. f. 207.

Non possunt interrumpi distractionibus, quia non sunt proluxa. S. lb. f. 208. Deum semper constituit presentem. lb. Ubique locorum usurpari possunt: Martha inter negotia culinæ, Mulier Evang. in medio turbae, Anna Samuelis Mater coram altari, Paulus in carcere, Ezechias in lecto, Jonas in ventre ceti, Job in sterco, & c. Moyses in mari oratur. S. pu. 58. f. 209.

Regi Avimæ contra gentiles, in litore pugnantem ex parte maris succurrere duo tritremes tormentis bellicis, & militibus onustis, hi magno clamore orantur Pater noster, & ad primam petitionem sanctificatur nomen tuum exploserunt tormenta ac fitulas: dein iterum onerantur, & ingeminantes alteram petitionem adveniat regnum tuum iterum exonerantur. Sic perrexerunt per omnes septem petitiones, & immensam hostium stragem fecerunt. He erant preces revera jaculatoria. Verum & in sensu mystico sanctæ precæ ita nocent hostibus &c. R. cen. 3. p. 2. mir. 47.

Philosophi multum disputant de Chrysopea, seu arte conficiendi aurum. Verum in sensu morali facile ex omnibus actionibus aurum, quo calum emittit, confici potest, per intentiones & preces frequentes actionibus & laboribus intermixtas.

Milites in expeditionibus bellicis abruptim & frustra prandent & cantant: currunt, digladiantur, explodunt sclopetata, & per vices frustum panis & sacco protractum devorant. Vita nostra militia est pro Deo, & animæ salute: cum ergo sine fine & numero incumbunt continuæ occupationes & negotia, id solum superest, ut animam per vices, id est, per jaculatorias preces satiemus & saginemus &c.

Compreaciones publicæ.

99. Quantum roboris habeant.

Clamaverunt Israelitæ unanimiter: ubi interlinearis: quod caritatis unanimitate petitur, cito impetratur. S. pun. 61. f. 216.

Moyfes hortatur populum, Magnificente

Dominum mecum: Cantemus Domino &c. Quia unio laudis Deo placet. M. conc. 3. aff. 3. n. 7.

Ad compreaciones publicas etiam adhibetur oratio infantum, & innocentum, quæ quantè sit efficaciaz vide supra Tit. Orat.

S. Gregorius tempore pestis omnem populum convocat ad supplicationes, & compreaciones, quibus tandem Deus placatus, & Angelus supra castrum Hadrianum cruciant Romphizam detergere visus est. D. 3. 77.

Utiliter populi faciunt federa, sic enim unus ab altero confortatur, & hostilia potentia terribilis fit. Sic Abimelech venit ad Isaac, quando vidit illum opibus cumulati. Et Judai cum Romanis federa pepigerunt. Par ratio fe habet in compreaciones publicis: vis conjuncta fit fortior, Deus magis flectitur, & mala imminente repelluntur. Hinc semper moris fuit in Ecclesia, quando metuunt mala publica, ut bella, fames, pestis, & alia, omnem populum ad unitas preces convocari &c.

Preces singulares non sunt adeo fortes, sicut unitæ ad flectendum Deum. Fidei. 18. Filii Lachis capti occisique sunt, quia cum nemine hominum habuerunt quicumquam societatis, seu foederis &c.

Cum audierunt filii Israel potentiam Holofernis, omnes clamaverunt ad Dominum. Et ecce! hic clamor conjunctus omnium adeo commovit Deum, ut dederit virtutem Judith interficiendi Holofernem, & liberandi Judæos.

Ether locutura ad Astuernum, ut Deus virtutem verbis fustriuberet, dixit Mardocheo: Congrega omnes Judæos, quos reperies, & orate pro me!

Processiones, Supplicationes.

100. Quomodo instituenda.

Veteres Hebraei tribus vicibus instituebant supplicationem in templum Hierosolymit. nempè tempore Paschali, tempore Pentec. & tempore Scanopæiæ. In tritrem cantabant Psalm. 118. qui omnium est longissimus, aut Psalmum Confitemini cum versu intercalari quoniam in æternum Misericordia ejus, quem versum alternatim populus in morem nostratum Litantarum. Tam Religiose autem celebrabant has supplicationes, ut dicitur in libro Judith: Clamavit omnis populus, & humiliaverunt animas suas in jejuniis, & orationibus, induerunt se cili-

Gen. 26.

Jud. 4.

Esth. 4.

Jud. 14.

cilicis &c. Insuper duo observabant: as-  
sumebant secum parvulos, ut Deus ora-  
tionem hac innocentium flecteretur. Dein  
ipsa altaria lugubri vestitu ornabant, ad  
commovendam compunctionem animorum  
&c. D. 3. 76.

Tempore Gregorii Magni, favente  
crudeli peste in urbe Romana, Pontifex  
admonuit populum, convocavitque ad sup-  
plicationem publicam, ad quam convocavit  
integrum Clerum, & Abbates cum  
Monachis, Moniales, infantes & juve-  
nes, conjugatas, & viduas, iisque in-  
trem choros divitis precepit, ut ordina-  
ta processione, flendo, gemendo, & o-  
rando, ad sacra urbis loca circumiret,  
atque Divinam clementiam invocarent.  
Et ecce! adeo profuit hæc devotio, ut  
supra castellum Adriani visus sit Angelus,  
qui cruentum gladium abstergeret,  
eumque in vaginam reconderet. D. 3. 77.  
Item D. 1. 90. Item D. 2. 3.

Æthiopiani distinctis annis innumera-  
bilibus locustarum multitudo devastabat,  
quarum cohors ad centum viginti milia-  
ria se extendens solem obscurare, &  
fruges omnes depascere solebat. Consilio  
Sacerdotum populus omnis fidelis processio-  
naliter prodibat in campos, Dei auxi-  
lium cum cordis contritione, & lacry-  
mis implorans, fueruntque ex Sacer-  
doticibus, qui locustam unam aut alteram  
captam excrurant, illisque præceperunt,  
ut in mare se præcipitarent. Id quod fa-  
ctum est: exortio ingenti vento, & nim-  
bis tota nubes locustarum in mare pro-  
jecta, & submersa fuit. D. 1. 90.

Meditatio.

101. Hominem erudit celestis sapientia.

Ezechiel inter quatuor animalia etiam  
boven vidit, sed dein memoranse-  
andem visumque dicit fuisse Cherubinum:  
unde ex bove tam subito factus est Che-  
rubin? Nempe quia accesserunt alacri-  
tationis: sic S. Thomas ex bove mu-  
to per orationem factus est Angelicus  
Doctor: sic multi simplices homines &  
etiam mulieres sunt cognitione Dei ple-  
næ. S. punct. 30. f. 132. & seq.

S. Gertrudis non ultra 33. annos na-  
ta totam Scripturam memoria tenet. Ex  
Proprio Augustano 17. Martii. S. Catha-  
rina Senensis non ultra 33. annos vivit,  
& gravissimas difficultates Theologicas  
solvit. Brev. 30. Apr.

Monialis quadam, Nomine Bonaven-

tura, omnino tepida & laxa, suscipio-  
rum, meditationes Sacrorum Exercitio-  
rum obit, quibus in agnitione rerum ce-  
lestium adeo fuit erudita, & animo ita  
inflammata, ut ad magnam vitam sancti-  
mooiam ascenderit. T. n. 17.

Quando Jacob vidit scalam Angelo-  
rum? Post solis occasum? occasu solis,  
ait Philo, detegit ea, que in celo sunt,  
& abscondit ea, que sunt in terra. Cum  
igitur mens considerat caelestia, & a ter-  
renis se abstrahit, meretur commercia  
Angelorum in scala ascendentium, &  
descendentium. B. Sermon. 45. n. 14.

Fratres laici, litterarum expertes, uti  
S. Egidius, Didaucus, Juniperus & alii,  
de rebus caelestibus subtilius discuntur,  
quam præstantissimi Theologi: unde? nisi  
ex meditatione &c.

102. Insuper fructus parit meditati.

Oratio mentalis, quam S. Damascenus  
vocat ascensionem ad Deum per agnitio-  
nem & dilectionem, eam maxime habet  
utilitatem, ut familiariter cum Deo age-  
re, eique necessitates nostras proponere  
discamus. Et hæc est substantia oratio-  
nis internæ, a Deo humiliter, confiden-  
ter, & devoto exorare res omnes, que  
ad salutem conducunt. Motiva autem il-  
la sperandi, ac imperandi sunt. 1. In-  
finita Dei Bonitas, Misericordia, Caritas,  
Omnipotentia, atque perfectio. 2. Dei  
Filius Redemptoris nostri Incarna-  
tio, Nativitas, Passio, mors crucis  
aliæque mysteria, per que exorandus est  
Divinus Pater, ut que rogamus, nobis  
indulgeat. 3. Nostra miseria, indigen-  
tia, & infirmitas, pro qua consolanda,  
inter hostes innumerabiles, visibiles, &  
invisibiles Divinum auxilium nobis im-  
plorandum est. Et vero confidenter spe-  
randum preces nostras a Deo exaudi-  
endas; quia paratior est ad exaudiendum,  
quam nos ad exorandum; non enim præ-  
cipiet nobis orare, ait S. Augustinus, nisi  
paratus esset exaudire. Et iterum  
Meditatio parit cognitionem, cognitio  
contritionem, contritio devotionem, de-  
votio orationis perfectionem. Præcipue  
Meditatio affert cognitionem Dei,  
sui ipsius &c.

Oratio interna excellentissimas virtu-  
tes animo orantis ingenerat, cum in mo-  
dum, quo Regina in urbem adventans  
comitatum nobilissimarum personarum  
post se trahit. Lud. de Ponte de Medit.  
punct. 3.

103. Quomodo cum fructu insinuanda.

Meditatio servare debet ad movendam  
voluntatem, non erudiendum intellectum:  
quod fiet per quatuor vocales: Quis?  
Quid? cur? quomodo? &c. B. Sermon. 62. n. 28.

In meditatione mea exardescet ignis:  
Quomodo? materia meditationis est flexi-  
bilis: intellectus est chalybs: voluntas est fo-  
mes: ignis est ipsa meditatio. B. lb. n. 29.

Meditatio si sit subtilis, aut curiosa,  
nihil proderit ad profectum: Herodes non  
meruit responsum a Christo, quia magis  
curiositate, quam proficiendi voluntate  
quarebat signum. S. punct. 15. f. 598.

Meditatio seu Oratio mentalis est,  
que fit memoria, intellectu, & volunta-  
te circa aliquod mysterium fidei, virtu-  
tem aut vitium. Memoria subministrat  
materiam meditationis cum omnibus cir-  
cumstantiis: Intellectus expendit, & dis-  
currit variis motivis: Voluntas affurgit  
in affectus, salutaria desideria, & propo-  
sita. Partes illius sunt. 1. Preparatio. 2.  
Ipsa meditatio. 3. Affectus cum collo-  
quiis. Quoad primum, meditans se con-  
stat in conspectu Dei, & Sanctorum,  
gratiamque imploret. Quoad secundum,  
studet meditationem partiri in duas aut  
tres partes. Quoad tertium affectus ita  
proportionare satagat materiam, ut deni-  
que propositum practicum eliciat. Col-  
loquium denique dirigi potest ad Deum,  
ad Beatis, Virginem, ad Angelum Tu-  
celarem, vel alios Sanctos; hinc nunc  
assumenda persona Servi, nunc mendici,  
nunc ægroti, nunc filii &c.

104. Fiat in loco solitario procul ab hominibus.

Moyse locutus cum Deo in montem  
procul a populo vadit, & a Deo caligine  
involvitur: In morte Christi erant tene-  
bræ, ut homines possint hoc mysterium  
sine distractione meditari. S. punct. 60. f. 214.

Inter plagas Ægypti erant ranæ, &  
muscæ: ranæ sunt seculares strepitus:  
muscæ variz cogitationes: præterquam in  
Gessen, id est in Ecclesia: huc fuge. S.  
lb. f. 215. A. lect. 8. n. 26.

S. Thomas de Villanova Canonico  
male moratæ vitæ simulate rogat, vellet  
loco sui certorum negotiorum causa Ro-  
mam itinerari: annuente clam in palatio  
suo inclusum detinet sex mensibus,  
ubi iste per ferias meditationes totus mu-  
tatus a prioribus vitis respicit. D. 1. 30.

Abraham sacrificaturus, in pedemor-  
tis Moris præcepit famulis, & comiti-  
bus: Expectate hic cum agno. Ita orator  
alloquatur hie negotia: Expectate  
hic, donec meum cum Deo colloquium  
absolvero. Monachorum quidam orator  
non tantum cellulam, sed etiam oratu-  
los concludit. Causam interrogatus, re-  
posuit: Sic omnes facultates animi, &  
sensus corporis in domum cordis colli-  
go, ut totus quantus cum Deo loqui pos-  
sim. Sanc. Reg. Dei p. 7. c. 3.

S. Arsenius, S. Antonius & alii San-  
cti noctu orabant usque ad ortum solis.  
Juditha, Sara, Tobias superiore domus  
cubiculo se concludebant. S. Rex David  
ait: Mane adstabo tibi! In matutinis me-  
ditator in te: quare in matutinis? quia  
mane nondum fervent humana negotia,  
consequenter mens securior est contra dis-  
tractions. Qui studii vacant dignitate  
tumultus: Ergo etiam qui orant.

105. Potest super res omnes utiliter & sanctorum insinui.

S. Ambr. inveni ranæ, S. Francisc. ex  
cantu eicadæ laudet & admiratur Dei pro-  
fuitum. S. Fulgentius ex Concilio Prati-  
cum Romanorum sibi imaginatur caelestis  
Solymæ decorem &c. A. lect. 8. f. 9.

Meditatio singulariter conducit, ut ho-  
minis animum e rebus terrenis motis ele-  
vet ad caelestia ignota: hinc Isaac exivit  
oraturus in campum, & David ait, se ex  
agnitione creaturarum agnovisset poten-  
tiam Dei. Certe si peccatores abutuntur  
creaturis ad servitium diaboli, cur non ho-  
mines iusti eisdem usurent ad gloriam  
Conditoris. Sanchez. 7. p. c. 3. fol. 930. seq.

Principale obiectum, circa quod versa-  
tur oratio mentalis, duplex est, Dei glo-  
ria, & nostra indigentia: Quoad pri-  
mum laudandam est Deus & benedicen-  
dus ob gloriam tam intrinsecam omne-  
que perfectiones Divinas, quam extrin-  
secam, quam creaturis per infinitam be-  
neficientiam exhibuit, earumque gratitudi-  
nem, submissionem, & obedientiam sibi  
debit. Quoad alterum, colloqui nos oportet  
cum Deo, sicut servum cum Domino,  
discipulum cum Magistro, eique  
exponere necessitates nostras, difficulta-  
tes, impedimenta virtutis, & alia ad salu-  
tem necessaria: dirigi etiam colloquium  
potest ad B. V. ad Angelum Custodem,  
ac singulares patronos. Materiem discursus  
cordi humiliter suggerere Spiritus Sanctus,  
illudque ex re obvia haurire celestia

48  
fita desideria docebit. Vide Titul. Sancti  
Res omnes referunt ad Deum.

Examen conscientie.

106. Quam gratum & placens Deo.

**D**um Moderator aula fratribus Joseph  
facios perferatur, scyphumque in-  
venit, & illi se humiliat, amicissime  
habetur. B. Ser. 46. n. 3.

*S. Bern.  
Dam. ep.  
115.*  
Talis in corde tuo triplex gerit offi-  
cium, ait S. Damiani: agit Judicem, re-  
um, & tortorem. S. pun. 19. f. 618.

Unumquodque coram facie sua ambulat: ubi Gregorius: qui vitam suam  
folicitus aspicit, & diligenter considerat,  
quantum hodie in bonis crescat, aut for-  
tasse, quantum a bonis decrescat, iste  
est, qui se ante se ponit, coram se am-  
bulat, quippe qui vigilanter videt, utrum  
furgat, an desinat. Quis vero vitam suam  
custodiam negligit.... coram se ipse non  
ambulat &c. S. pun. 111. f. 329.

*S. Gregor.  
hom. 3. in  
Ezech.*  
De quodam Antiphoronte recenset Ari-  
stoteles, quod propter debilitatem visus,  
neminem, nisi seipsum viderit, & conti-  
nuo prae oculis habuerit: ita &c. S. punct.  
111. f. 331. & M. con. 20. aff. 1. n. 3. 4. 5. 6.

S. Magdalena de Pazzis ab ipsa Dei Ge-  
nitricis examen conscientie facere docta  
est. in vita.

Quidam pisces maris, & animalia e-  
rant immunda, scilicet ea, que non ru-  
minantur; per hac animalia juxta Sancti  
Gregor. intelliguntur, qui mandunt, tra-  
jiciuntque omnia, nec ea iterum revocant  
ad considerationis dentem, ut coram Deo  
examinent. David ait: Vespere, mane,  
& meridie annuntiabo: en! Rex inter tot  
regni negotia! Tu si mane, & meridie  
nequeas, saltem vespere rationem inicum  
conscientia. S. punct. 60. f. 214.

Antiqui erant accuratissimi in suis ra-  
tioniis, habebant sua diaria, in quibus  
accepta & expensa diligenter annotabant:  
si volebant nominare hominem nauci,  
quasi axiomate de illo dicebant, esse ho-  
minem, qui nec tabulas quidem conficit.  
Parem in modum coram Deo ingratus,  
ac homo nauci est, qui conscientie sue  
rationes negligit. D. 11. 42.

107. Est necessarium ad integritatem  
confessionis.

Lingua mea calamus Scriba: cur cala-  
mo comparat linguam? Respondeo quia  
quod scribitur cum singulari advertentia,

& sollicitudine fit: ita inquit Hilarius, Hilar. in  
examinans conscientiam, nihil incompo-  
situm, nihil incertum agat &c.

Rex pugnaturus contra altum Regem  
prius computat, si possit cum decem mil-  
libus occurrere ei, qui cum viginti mil-  
libus venit ad se: en rex tenebrarum dia-  
bolus venit, contra te, si longe plura ti-  
bi objicere queat scelera, quam tu confite-  
ris, nonne succumbes, ait Mathias Fa-  
ber &c. B. Ser. 55. n. 13. 14.

Exercitabar, & Josephum spiritum mo-  
um, aiebat Rex David. Quid vult dice-  
re? cum cubiculum scopis mundatur,  
tunc fellis, mensa, & alia omnia de loco  
voo moventur, ut appareat, que immun-  
dities delitefecit. Ita qui puritatem con-  
scientie, & integritatem confessionis cor-  
di habet, omnes actiones debet movere  
& discutere. B. Ser. 55. n. 15. & seq.

In via testimoniorum tuorum delectatus  
sum, sicut in omnibus divitiis. Quomodo  
fit delectatio in divitiis? Numerantur,  
custodiuntur, augentur, & precipue cu-  
riatur, ut non subsint moneta spurie. Ita  
Dei gratia per observantiam testimo-  
niorum Dei altimanda, & agenda, at-  
que solite per examen curandum est,  
ut non in animo actio spuria, Deo in-  
grata, id est, peccaminosa delitefecit.  
Vide C. Thren. 3. v. 40.

Hinc Sancti maxime altimantur, &  
commendantur Examen conscientie, uti  
S. Hieronym. S. Ephrem, S. Dorotheus,  
S. Bonavent. S. Ignat. & Xaverius &c.  
C. Thren. 3. v. 40.

Timor Domini.

108. Placat Deum, & adducit ad  
penitentiam.

**A**pocalypcticus Propheta audit vocem:  
Fugit Leo de tribu Juda. Cum vero  
circumspexit, vidit in medio throni a-  
ngelum stantem. Quid sibi vult hac mu-  
tatio? Respondet S. August. Non mere-  
tur Deum videre ut Agnum, qui non  
prius timuit ut leonem. Nam timor in-  
finitie punientis securitas est misericordie  
remittentis. B. Ser. 10. n. 27. & seq.

Timor Domini parit favorem Dei &  
omnia bona, juxta Canticum B. Virginis:  
Misericordia eius a progenie in progenies  
timentibus eum. Et illud Tobie: Multa  
bona habebimus, si timuerimus Deum. C.  
in Deut. 10. v. 12.

Est aptissimum remedium ad perseve-  
rantiam, & certiores reddit nos circa salu-  
tatem.

Hieronymi, & tamen ultimato erroribus  
Origenis adhæsit. D. 12. 92.

S. Francisc. cum ab hominibus Sanctus  
vocaretur, reponere solebat: Nolite me  
dicere Sanctum, quia possum adhuc filius  
procreare. Sanc. 7. par. c. 3. f. 922.

Quia prædestinatio est incerta, ideo  
justus semper timere & peccator sperare  
debet. Paoletti Fer. 4. post Dom. Pafs.

110. Custodi virtutes & mundat  
a peccatis.

S. Hieron. ait: Timor virtutum custos  
est. Et Bernard. Timor maxima spei no-  
stra materia. B. Ser. 48. n. 5.

Quamdiu Cherubinus cum ignito gla-  
dio ante paradisum excubat, peccator  
Adamus intrare non potest: sicuti mor-  
excubias agit ante cor, peccatum intrare  
nequit. B. Ser. 50. n. 2.

S. Chrysol. ait: Solus est Dei timor,  
qui mentes corrigit, fugat crimina, inno-  
centiam servat. B. Ser. 60. n. 12.

Jacob, antequam ascendit in Bethel,  
familiam mundavit ab idolis & idolola-  
tria, ex metu Chanaanorum, quo omnes  
percussit erant ob stragem editam in Sichi-  
m. En! timor docet homines Deum agno-  
scere, & ad eum confugere. C. Gen. 35. v. 2.

Populus Israel semper erat refractarius,  
& murmurans contra Deum & Moysen:  
postquam autem manifestum Dei suppli-  
cium aspexerunt in submersione Ægyptiu-  
rum in mari, dicit Sacer textus: Timuit  
populus Dominum! & quem effectum ha-  
bit hic timor? Crediderunt Domino &  
Moysi servo ejus &c. Exod. 14.

Josaphat Rex constituit judices in cun-  
tis civitatibus Juda, præcepitque illis,  
ut omnia cum diligentia facerent, utque  
per remedia proportionata industriam eo-  
rum acueret, addidit: Sit timor Domini  
vobiscum! certo enim fuit persuasus, quod  
vult timor Dei regnat, non possit præ-  
valere iniquitas. 2. Par. 19.

111. Concipiendus ob varias timendi  
causas.

Timendum est. 1. Ob inconstantiam vo-  
luntatis: ita omnes Discipuli metuebant  
auditio illo: Unus ex vobis me tradet.  
Cur? Respondet S. Leo, quia novant  
instabilitatem humanam voluntatis. S. pun.  
9. f. 571.

2. Quia homo quantumcumque San-  
ctus est, nunquam ita potest obstringere  
Deum, ut negare non possit novam illam  
D. Claus. Spirit. univ. Pars 1.

tem. Quia sicut spes, ita & timor, a  
Deo ordinatur ut via ad salutem: unde  
S. Bernardus ait: Timor maxime est spei  
necessaria materia. Patet etiam a contrario;  
nam qui lapsi sunt, fere omnes lapsi sunt  
ex præsentia, securitate, & occulta su-  
perbia, quia sue virtuti nimis confisi  
sunt. Tales fuerunt Origenes, Tertullianus,  
Lucifer Calaritanus & alii. C. in  
Ep. ad Phil. v. 13. c. 2.

Quæris autem, quomodo comparandus  
sit hic timor? Respondet S. Chrysol. Si  
semper Deum præsentem cogites, omnia  
videntem, omnia audientem &c. C. in  
Ep. ad Phil. c. 2. v. 12.

Deo sunt, quibus equus prudenter re-  
gitur, frenum & calcar: frenum, quo  
recordatur ne præcipitancia cursus festo-  
rum excutiat, & calcar, ut caute & fi-  
sistanter procedat. Utrumque operatur ti-  
mor Domini: facit, ut Christianus in  
peccata præcepto cæco impetu non ruat, &  
ut in via salutaris cum alacritate quidem,  
sed & cum magna cautela incedat &c.

109. Nunquam ex animo abesse debet.

S. Bernar. monet: Time cum arripseris  
gratia: Time cum abierit: Time cum de-  
nuo reverterer. B. Ser. 43. n. 2. 6.

Confige timore tuo carnes meas. Con-  
figi dicitur timor, ut stabiliter in corde  
permaneat: timet aliquis, sed statim impe-  
tu obliviscitur; non habet timorem con-  
fixum &c. S. 136. f. 428. & 571.

Sicut Nautæ, dum e portu solvunt  
flante Favonio, non ideo omittunt acci-  
pere rudentes & anchoras, quæ tempore  
tempestatis sunt necessariæ. Ita & servus  
Dei licet magna fructu quiete, nun-  
quam tamen debent esse sine judiciorum  
Divinorum metu, sed hunc semper apud  
se habere debent, ut tentationum flucti-  
bus insurgentibus eo uti possint. S. Fran.  
Sales. l. 11. de amore c. 17.

Si non in timore Domini tenueris te in-  
stanter, cito subvertetur domus tua. Quan-  
quam enim excessum sit spirituale adifi-  
cium Christianæ perfectionis, illud in  
momento potest destrui per unicum pec-  
catum, prout terribilia exempla habemus  
in Didymo, Origene, Osio, Tertul. &  
apostatis plurimis: Præcipitavit Dominus  
... omnia speciosa Jacob. Quid agendum?  
semper in sancto timore Domini perse-  
verandum est. Seg. Man. 16. Feb. n. 1.

Origenes, Tertullianus, & Osius tur-  
piter ceciderunt. D. 11. 8. Didymus in ex-  
ponendis Scripturis Magister fuit Sancti  
D. Claus. Spirit. univ. Pars 1.

Ecc. 27.

Th. 2.

Tob. 6.

S. Aug.  
in Apoc.  
c. 5.

D. gra-

gratiam, quam deinceps tribuit ad perseverandum; Deus enim est, qui dat posse & velle &c. Segn. *Manna* 16. Febr. n. 2.

3. Infra te ades hiare infernum, qui turmatim emittit aros spiritus ad insulturnum. Circa te vides mundum fallacem, qui plenus est laqueis. Sopra te vides caelum, quod merito tibi insensum forte non amplius patrociniabitur. Intra te occurrunt tumultuantes afflicti, qui contra spiritum foederantur. Quis non tremat his omnibus perpenis? Segn. *Manna* 2. Maji. 2.

4. Quia via ad caelum difficilis, Paolletti *Dom.* Septuages.

5. Quamdiu vita mortalis durat, nunquam est securitas contra peccatum; quia Angeli in caelo, & homines in paradiso peccarunt. Loc inter peccatores pessimos innocens fuit, & exiens inde in monte cum propriis siliabus peccavit. Quis non timeat tantam infirmitatem?

6. Quia ad ultimam luctam in mortis articulo, ubi decernendum erit pro tota aeternitate, etiam Sancti contremuerunt. Quia enim finalis prae gratuita est, & non cadit sub meritum &c.

112. Raro verus reperitur apud peccatores.

Pharao dixit: Peccasti, Dominus iustus est, & ego, & populus meus impij: Cui Moyses: Novi quod & tu, & servi tui necdum timuisti Deum. Quid: te peccafice fatetur, & non timet? Nequaquam. O quam multi huic similes, qui Deum timeant dicunt, & non timent. S. puncti. 143. fol. 451.

Hinc fit, quod peccatores raro aut nunquam resistunt peccatis internis; facile consentiunt tentationibus; quia a peccato non absint ex timore Dei, sed solum ob infamiam, aut supplicia hominum. Quamprimum putant certum esse illud: Nemo nor videt; absque conscientia peccant.

Triplex est timor: *Filialis*, qui pure timet culpam & hunc quodammodo habent etiam Sancti in caelis. *Initialis*, qui est mixtus timens simul culpam & poenam, & hic beatorum facit hominem: *Beatus homo, qui semper est pavidus.* Et denique *servilis*, qui pure timet poenam, & hic habentem bonum non facit; quia proprius est etiam latroni, quamvis latro maneat. Timor iste est peccatorum. P. p. 1. disc. 4. n. 13.

Timor Domini est initium sapientiae: sicut ergo apud peccatores non invenitur vera sapientia, dum terrena aeternis praehabent; ita nec verus invenitur timor

Domini: verus enim timor Domini parit securitatem salutis, & exultationem conscientiae. C. in Eccl. 1. v. 11.

Sicut fur jam semel ante iterum ad iudicem citatus & incarcerationis, cum evasit, audacior fit in rapiendo; ita peccator impudencior fit in peccando: Respicit unice Misericordiam Dei, non iustitiam, dicens: Peccavi, & quid accidit mihi triste? &c.

113. Etiam a perfectis & sanctis conservari debet.

Quidam putant, timorem esse solum incipientium non perfectorum in vita spiritali: sed hoc falsum est: tantum timendum est in fine quantum in principio. Pessimum signum est in alto non timere, nempe quod jam aliquam aeternitatem conceperit de se, & ideo facile deseruntur a Deo, qui facillius tolerat peccatorem humilem, quam iustum superbum. Cogita quot perierunt, postquam attigerunt verticem perfectionis! Saul, Salomon, Didimus, Hofius, Origenes, Tertullianus: si securus esse vis, demisse de te senti. *Noli altum sapere, sed tim. Rom. 41.*

Si Sanctis in solitudine timendum est, quanto magis illi, qui in mundo versatur in medio nationis pravae? ceciderunt solitarii, uti Vistorini, Theophilli, Tolomei, Erones, Jacobi, Guarini, Macarii, si hoc in viridi, in arido quod metuendum? Segn. *Manna* 16. April. n. 3. & 4.

Septem Episcopis, qui Concilio Niceno interfuerunt, linguae abscessi sunt, quibus tamen Deus miraculosam loquendi facultatem sine lingua contulit. Ecce! quis credit? unus eorum in vitium carnis lapsus est, & ideocum loquela perdidit. Sanchez 5. part. c. 8. fol. 571.

Macarius post diuturnam austeritatem a demone seductus in obscenam cogitationem consentit. R. cent. 2. p. 2. mir. 50.

Habent etiam homines iusti causam semper timendi: 1. Quia nesciunt an sint in gratia, de propiciato peccato noli esse sine metu. 2. Quia seipsos non funditus agnoscunt, ignorantque an non sinistra intentio delitescat in corde. 3. Quia alia sunt iudicia Dei, alia hominum. 4. Quia habemus hostes validissimos, qui in nostram perniciem conjurant &c. C. ad Philip. 2. v. 12.

114. Operatur salutem hominis.

Frates Joseph primo dure habiti, secundo amicablem receperunt: Quare? quia

quia primo absque timore in sua pecunia confidebant: altera vice sibi timuerunt, ait Stapletonius. B. Sermon. 43. n. 3.

Inter millena pericula mundi nihil adeo operatur securitatem salutis, quam timor Domini: proinde sicut qui capite debili angustum ponticulum transiit, fortiter manum sui ductoris stringit; ita tenere oportet timorem Domini instanter: semper vivacissime ante oculos habenda necessitas auxilii Divini. Segn. *Manna* 16. Febr. n. 3.

Deus Legem dedit Moysi, acque ut populo observantiam legis efficaciter inculcicaret, dedit illam inter tonitrua, fulgura, & signa terribilia; quia nihil efficacius movet ad observanda mandata, & operandam salutem, quam timor Domini.

Inter alios fructus timoris Domini ille numeratur, quod pariat cordis gaudium, juxta illud: *Timor Domini delebit cor, & dabit letitiam & gaudium.* Praesertim fiduciam parit de felici ex hac vita transitu, etque castitatis & virtutum omnium cultus. C. in Deut. 10. v. 12.

*Timor Domini corona & gloriosio, & letitia, & corona exultationis.* Felicem reddidit hominem; quia tribuit illi coronam gloriae & triumphi; hinc ait S. Chrysolomus: *Si timorem Domini habuerimus, nihil nobis est opus, si vero hunc non habeamus, estis regnum ipsum habeamus, sumus omnium pauperissimi.* C. in Eccl. c. 1. v. 11.

115. Custodit contra peccata.

Conseque timore tuo carnes meas, a iudicis enim tuis timui. Quid est quod David timorem petat, quem jam habet? Nempe voluit, ut etiam in carnem redderet ex animo, & compescerent motus rebelles, qui illi fiant propriis rogandum proin, ut timore Domini confingantur oculi, confingant aures, confingatur lingua, ita ut caro tunc diei possit confixa & crucifixi. Modus id impetrandi est metu iudiciorum Divinorum, a iudicis tuis timui &c. Segn. *Manna* 5. Jul. n. 1.

Qui iudicia Dei punientis peccata considerat, nunquam peccabit. Ita Sancti erant constituti, Susanna, Paulus, Ambrosius, Anselm. & alii, imo etiam aliqui Gentiles, ut morti maluerint, quam peccare. C. Gen. 39. v. 9.

Ubi deficit timor Domini, praevalet impietas, & dominantur peccata. Hinc Patriarcha Abraham dixit ad Regem Abimelech: Cogitavi necum, forsitan non est timor Dei in locostilo, & interfecit me.

Homines, quos misit Rex Babylois ad inhabitandam Samariam, non timuerunt Dominum, ideo inter eos prevaluerunt omnis generis peccata. Et ecce! immisit eis Dominus leones, qui interfecerunt eos.

Fructus timoris Domini sunt 1. Refrenant animam a concupiscentiis, & incitac ad omne bonum: *Beatus Vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volens nititur.* 2. Est initium sapientiae & pietatis: *Qui timet Dominum, inquit quae beneplacitae Eccl. 2. c. 1.* 3. Timor filialis est ipse amor Dei; ad omne opus bonum, ait S. Augustinus: *dicit amor, & timor Dei.* 4. Dat constantiam in tentationibus & adversis; qui timet Dominum nihil trepidabit. C. in Deut. 10. v. v. 12. Et Eccl. 1. v. 11.

116. Multa bona praestat homini.

Timor Domini parit sapientiam, haec docet mansuetudinem, & victoriam passionum, sobrietatem & latitudinem animi ex quibus omnibus confurgit vita longeva, & prospera: S. Paulus Eremita in sua fresconca ad ann. 113. vixit. S. Antonius defunctus est 105. aetatis anno. S. Romulus 120. Pachomius 118. Arsenius 120. annos vixit. Et hodiecum Religiosi in Monasteriis ad decrepitam aetatem confescent: quia timore Dei mortificant bilem, gulam, aliaque vitia, quae vitam abbreviant &c. C. in Eccl. 1. v. 25.

Mundani felices se reputant ex divitiis, timor autem Domini illis incomparabiliter praestat: 1. Quis, ne ait S. Chrysolomus: *ubi adest timor Domini, nihil erit molestum;* ipsam enim pauperitatem convertit in divitias. 2. Timor Domini mentem facit quietam, hilarem, & suaviter contentam. 3. Unit mentem cum Deo, qui autem Deum habet, cum plena satietate omnia possidet, dum eontra thesauri non facient cupiditatem, sed accunt. 4. Quia divitiae multas afferunturbationes, curas, lites, & tristitias; mens autem timens Deum cum modicis opibus, quieti, modesta, & contenta vivit. &c. C. in Prov. 15. v. 16.

Timor Domini confert verum pulchritudinem corpori & anime, juxta illud: *Mulier timens Deum ipsa laudabitur.* C. in Prov. 31. v. 29.

Timor Domini ad vitam; quia confert vigorem, & sanitatem, futuritatem, suavitatem somnum, quae omnia conducunt ad validam complexionem, & sanitatem vitae humanae, &c. C. in Prov. 19. v. 23.

Exerce seipsum ad pietatem. Pietas significat

fiat. 1. vitam rectam & mores Christi-  
anos. 2. Misericordiam, & beneficentiam  
erga proximum. 3. Dei contempla-  
tionem. 4. Optime Dei cultum & studium  
interne devotionis, excitans ad spem,  
timorem, & amorem Dei. Timor Domini  
est ipsa sapientia, initium autem sapientie  
est timor Domini &c. C. r. Tim. 4. v. 7.

## CARITAS DEI.

117. Tendere debet principaliter  
in Deum.

**R**ex Salomon fecit sibi thronum de  
lignis Libani auro, & argento pre-  
tiosissime ornatum, sed hanc *media caritate*  
*conservavit propter filias Jerusalem*. Hic  
thronus est lex caritatis, quæ in medio,  
fuit apice collocat Deum, cætera omnia  
infra. S. pun. 11. f. 332. & 333.

S. Bern.  
de Dilig.  
Deo.

Deus non amat sine premio, ait Ber-  
nardus, non tamen debet amari pro præmio.  
S. pun. 33. f. 75. Deinde tendere debet  
in Christum. C. Act. 3. v. 16.

Abraham plus amat Deum, quam uni-  
genitum filium. Susanna plus quam fa-  
mam. S. Hermenegildus plus quam reg-  
num. S. punct. 111. fol. 334. Eleazarus  
vitam, quædam Mater amantissimum fi-  
liolum prævult perdere, quam Deum. S.  
lb. f. 335.

S. Augustinus exclamat: Minus te Do-  
mine amat, qui tecum aliquid amat, quod  
non propter te amat. S. pun. 149. f. 468.

S. Cath. Bononiensis plus amat De-  
um, quam seipsum, & suam salutem,  
Oprebat sola æternum damnari, si esset  
ad Dei gloriam, & si impedire per hoc  
posset blasphemias damnatorum, liben-  
ter voluisset omnium eorum tormenta su-  
stinere sola in æternum. T. n. 12.

Job magis dilexit Deum, quam terre.  
na omnia. S. pun. 111.

Per hanc caritatis Legem non tamen  
excluditur amor parentum & filiorum;  
nam S. Thom. ait: Si nihil diligeret su-  
pra Deum, nec sicut Deum, satis observa-  
ri hoc mandatum; amor autem iste debet  
esse ordinabilis ad Deum. Hinc Deus  
ipse dicit, qui amat Patrem, & Matrem  
plus quam me, non est me dignus. Quibus  
verbis non excludit, sed infra se ponit a-  
morem parentum. S. pun. 111. f. 333.

## 118. Modica est in cordibus humanis.

In puteo Nehemias loco ignis inventa  
est aqua calida: Puteus iste significat con-

scientias, ait Berchorius: & Stephanus  
Cantuariensis: si modo requiratur ignis  
non invenitur, nisi aqua crassa, scilicet vo-  
luntas carnis. B. Ser. 46. n. 2.

Habetur ex historiis, Veteres habuisse  
artem ignis perpetui, quippe in eorum  
monumentis sæpe reperitur lampades,  
quæ per complura sæcula arserunt. In a-  
gro Patavino, ait Porta, reperta est urna  
fissilis, & intra eam lucemula ardens  
quæ rusticis manibus imprudenter profu-  
sa statim evanuit flamma. Et anno 1550.  
primum in Neside Insula sepulchrum mar-  
moreum repertum est eujusdam Romani,  
quod recluso phiala intus reperta est, in  
qua lucerna adhuc ardebat, ea rupta &  
admisso aere extincta est, quæ ante Chris-  
ti adventum clausa fuerat. VV. art. dif.  
font. 3. ex. 2. Idem passim legitur de  
cryptis SS. MM. & Veterum sepulchris.  
Sed hoc habent isti ignes, sunt fabulæ,  
& delictissimi, quovis rare immisso ex-  
tinguuntur. Ita Caritas est multorum;  
quamdiu quieti, & domi conclusi in rebus  
suis minime turbantur, ardet utcumque  
in cordibus eorum flammula caritatis:  
quodsi autem levis aer aut ventus alicujus  
contradictionis, persecutionis, aut adver-  
sitatis veniat, statim illa flammula disparet.

Sicut aurum per ignem, ita caritas per-  
batur per adversa; hinc filii Zebedæi in-  
terrogati sunt, an possint bibere calicem  
passionis. Qui ergo amat Deum, multa pro  
Deo debet facere & pati. Quis autem pro  
deum paratus sit pati pro Deo? eheu! omnes  
expallescunt ad solam vocem adversitatis.

Ignis in cumulus paleæ delapsus in  
ingentem flammam exarscit, sed statim  
iterum subsidet: ita multi cum bene-  
ficio a Deo accipiunt, ardentissimo  
amore inflammantur, sed paulo post obli-  
vuntur Benefactoris, & iterum in tepe-  
scent, frigescent.

119. Oritur ex consideratione beneficio-  
rum Dei.

Exploratores illi ad Rahab dixerunt:  
In fenestra, per quam concatenasti nos?  
Quasi dicant, beneficium illud quasi cate-  
na fuit nostri amoris. Hinc sponsa: Di-  
lectus meus mihi, & ego illi. C. S. pun.  
111. f. 336. & pun. 149. per totum.

Pia puella per septem annos B. Virgi-  
nem rogans, ut sibi filium suum offen-  
deret, in nocte Nativ. Domini apparen-  
tem habuit, dicentemque: En Filius meus,  
lude cum illo. Divina soboles quærebat  
ex puella: Amas me! & illa affirmans  
amo-

amo te plus quam corpus & cor meum,  
adeoque exarise, ut cor illi rumpere-  
tur, in quo scriptum inventum est: Dilige  
plus quam me, quia tu creasti, redemi-  
sti, dotasti me! E. Dilection. 2.

Quis non amet Deum, summe amabi-  
lem, summamque Bonum suum? qui est  
gaudium inoffensivum Angelorum & homi-  
num? in quo sunt omnes deliciae, opes,  
& honores? qui prius tam impensam  
vitæ nos, ut ex nihilo nos crearet, per-  
ditos pro filium suum redimeret, averfos  
revocaret, ruentes in gehennam retraheret  
& c. C. in Ep. S. Jac. c. 2. v. 5.

Memoria regredere per omnem vitæ  
anterioris decursum, videbis, tot a Deo  
tibi collata beneficia, quot temporis mo-  
menta! enumera, si potes beneficia for-  
tune, corporis & anime! intus innume-  
rabiles alios, corpore & anima misero-  
sus, pauperes, cæcos, claudos, agros,  
desolatos, tentatos, & peccatores; ab om-  
nibus horum miseris te Deus præserva-  
vit! considera ipsum infernum, in quo  
milleni ardent, forsitan te innocentes!  
Quis non amet Deum tam Bonum, qui ab  
omnibus his nos eripuit, & pepercit?

120. Effetus & operationes nobilissimas  
in amante producit.

Arca Noe linitri debuit bitumine in-  
tus, & foris, ne aquæ penetrarent: bitu-  
men caritas est: Vis a Diluvio iræ Di-  
vine liber esse: lini cor tuum caritate.  
M. con. 2. ass. 3. n. 1.

Effetus & operationes caritatis in ani-  
ma amanti sunt. 1. Eam a cupiditati-  
bus terrenis purificat, ut non nisi cele-  
stia cupiat, sic Josaphat Rex relicto ter-  
reno regno ad æternum aspiravit. 2. Omnes  
potentias, sensus, & affectus ad  
Deum trahit, ut non nisi Deum cogitet,  
& intendat. 3. Facit, ut anima optet pro  
Deo magna & heroica facere, multaque  
pati, ut Christo Crucifixo assimiletur. 4.  
Facit, ut anima quotidie crescat in amo-  
re; Deus enim est quasi flamma accen-  
dens. 5. Facit, ut anima amans, eodem  
amore totum mundum incendere sataget. 6.  
Facit, ut amans Deum ab eo impe-  
tetur omnia quæ petit, & sic fiat quasi  
omnipotens, sicut Jacob lucens cum An-  
gelo. 7. Facit ut anima assimiletur in  
moribus & virtutibus Deo, adeoque se-  
cretorum ejus particeps fiat. 8. Animam  
tranquillat, & serenat, ut cum imper-  
turbabili lætitia Deo tam in prosperis  
quam adversis Deo adherat. 9. Denique

D. Claus Spicil. univers. Paris II.

ita crescit, ut nonnunquam languorem &  
mortem causet, quia illud Sponsa: sul-  
cite me floribus, sicut me malis, quia  
amore languet. C. in 1. Ep. S. Jo. c. 4. v. 16.

Effetus & operationes caritatis infu-  
per sunt, quod crescat, & intendat se-  
ptem gradibus, prout explicat Richardus  
a S. Victore. 1. Est, ut amor sit in-  
superabilis. 2. Quod sit insatiabilis, ignis  
enim nunquam dicit sufficit. 3. Quod sit  
invidiosus, quia fortis ut mors est dile-  
ctio. 4. Quod sit delectabilis, ita ut ani-  
ma dicere possit: Introduce me Rex in  
cellaria tua. 5. Quod vulneret animam  
ardentibus desideris. 6. Quod semper  
Deum sitiat, semper præsentem habeat.  
7. Quod desideret conjugii, & esse cum  
Christo. C. in Eccli. 7. v. 22.

Caritas Dei comparatur igni. 1. Ignis  
est quasi omnipotens, ferrum emollic, &  
metalla liquefacit. 2. Ignis si hostis est,  
terribilis est, ut patet in incendiis & ful-  
minibus: si vero amicus, beneficus est,  
cibos coquit, & omnia durissima homi-  
ni emollic. 3. Ignis in tenebris ducatum  
præstat, & persurgit. 4. Contraentem  
adurit, adstantem calefacit: ita amicus  
& reverenter cum Deo agendum est &c.  
C. Levit. 9. v. 23.

Caritas operit multitudinem peccato-  
rum. Quamvis Caritas? 1. Caritas Dei,  
hæc enim delet peccata prædestinatorum  
ante mortem, ac si nunquam fuissent.

2. Caritas Christi, hæc enim elicit suis  
applicans suam passionem de gratiam,  
quæ peccata abstergit. 3. Caritas proxi-  
mi, quia oritur ex caritate Dei, quæ om-  
nia peccata abolet, & hominem san-  
ctificat: Caritas, inquit S. August. duas  
habet pedes. Qui sunt duo pedes? Duo  
præcepta dilectionis: Dilige Deum, istis  
pedibus curritur ad Deum. C. in Ep. 1. S.  
Petri c. 4. v. 8.

Qui amant, quasi in corpore proprio  
mortui sunt, & vivunt in alieno; voluit  
ergo Deus per amorem nos transformare  
in seipsum, ita, ut in ejus amore colli-  
quescamus, & absorbeamur: quid hoc est  
aliud, ait S. Bernar. quam hominem fieri  
totum Divinum? Sic affici, Desiderari est  
Deo.

Porro Deus manens in anima fidelis, hos  
in ea producit effectus: 1. Eum a terrenis  
cupiditatibus purificat, ut non nisi  
caelestia cupiat. 2. Omnes potentias, sensus  
& intentiones in se trahit, ut non nisi  
Deum cogitet. 3. Facit, ut anima  
optet pro Dilecto magna, ac heroica fa-  
cere, & pati, ut Christo crucifixo assimile-  
tur. 4. Facit ut anima indes crescat in